

180 respicendat, correspondet. Ad tria enim pertinet diversitas statuum, & officiorum in Ecclesia: primo ad ipsius perfectionem, juxta illud Apostoli, ad Ephes. 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad confirmationem Sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Secundo pertinet ad necessitatem actionum, que in Ecclesia fieri debent, ad quas oportet diversos homines deputari, ut omnia sine confusione fiant, juxta doctrinam ejusdem Apostoli ad Rom. c. 12. Sicut in uno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eundem usum habent, ita multi unum Corpus sumus in Christo. Tertio vero ad pulchritudinem, & dignitatem pertinet, que in ordine ministrorum consistit. Unde Regina Saba 3. Regum 10. videns sapientiam Salomonis, & habitacula servorum, & ordines ministrantium, obstupuit, nec ultra spiritum habebat; oportet enim in Cathedralibus hanc constitueri Ministrorum differentiam, exemplo a D. Paulo adducto Epistola 2. ad Timotheum, c. 2. dicente: In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & fictilia: ita Dignitatem, & Canonici constituentes primum gradum ad perfectionem pertinet, cum unum Corpus faciant cum Episcopo; Portionarii vero ad necessitatem actionum secundum varia ministeria eorum prebendis correspondentia, de quibus suo loco dicemus: ceteri vero Beneficiati, & Ministri ad pulchritudinem, & ordinem spectant; de quibus latè videndus D. Thomas 2. 2. q. 183. art. 2. & 3. & plures alii, quos longa serie sequitur Theodorus de Rubens apud Gratianum dist. 298. ex num. 16. cum pluribus seqq.

CAPUT XV.

De variis nominibus Ecclesiarum Cathedralium.

S V M M A R I V M.

De vocum, seu nominum proprietate quaestiones inferre alicui, 1.
 Nominis explicatio quando necessaria, 2.
 Nomen pluribus conveniens rem certam non reddit, 3.
 Res ex nomine intelligitur, 4.
 Nomina quare imposta rebus: & quid significant, 5. 13. & seqq.
 Nomina temporis veritate corrumpuntur, vel mutantur, 6.
 Scriptores de nomine, & origine rerum quare tractent, ibid. & 7.
 Nomina pulchra in magna estimatione sunt, 8.
 Nomina speciosa magno pretio vendenda si emere ea liceat, 9.
 Christiani quare Jeci, & non Jesuani appellati, 11.
 Nomen proprium alteri non est communicandum, nec despicendum, 12.
 Ex nomine persona ostenditur, 14.
 Que differunt nomine, differunt effectu, 15.
 Nomina particularia honorem conferunt in probanda qualitate, 16.
 Nomen ostendit qualitatem rei, 17.
 Et prerogativam, maioriatem, & superioritatem, 18.
 Nomina quare inveniunt, 19.
 Nomen amplitudinem, & excellentiam rei ostendit, 20.
 Nomen pro dignitate, & presentia sumitur, 21.
 Cathedralis Ecclesie per nomina demonstratur, 22.
 Nomina specialia quare Cathedralibus attribuantur, 23.
 A nomine non incipiendus Tractatus quando utilitas maior aliud postulat, 24.
 Ecclesie nomen quas significationes habeat, 25.
 Una & eadem res potest variis nominibus designari, 26.
 Ecclesie nomen quibus modis sumatur, vel invertatur, 27.
 Nomina Ecclesiarum communia, 28. & seqq.
 Quot sint, 29.
 Ecclesia quomodo initio Christianitatis appellata, 30.
 Quare non Tempora primitivis temporibus appellata, 31.
 Ecclesie quare Oratoria vocata, 32.
 Aedes sacre quare appellata sunt Ecclesie, 33.
 Concio quid erat apud Athenienses, 34.

Ecclesia quare ita nominata, 35.
 Ecclesia definitio, 36.
 Ecclesia Domus Oratoria vocatur; quare? 37.
 Ecclesia pro Sacrificii oblatione sumitur, 38.
 Mensa Eucharistica, & Mensa communis in primitiva Ecclesia coniungebantur, 39.
 Eucharistiam a ieiunio sumi quo tempore preceptum fuit, 40.
 Conarum separatim ab Agapis id est convivio pauperum quando facta, 41.
 Inter Dominicum, & Ecclesiam, an detur differentia, 42.
 Dominicus dies quare dies sacer vocetur, 43.
 Dominica quare Ecclesie appellatae sunt, 44.
 Dominicum aliquando pro Sacrificio sumitur, 45.
 Concilium Sanctorum Ecclesie vocatur, & quare, 46.
 Concilium sanctorum idem ac Congregatio fidelium, 47.
 Martyrium Concilia, que sint, 48.
 Martyrium Ecclesie vocatur, & quare? 49. 50. Martyrium proprie quid sit, ibid.
 Magnum Martyrium quare appellatur Ecclesia in Calvario monte edificata.
 Tex. in l. Generali, & in l. Decernimus, C. de sacro. Eccl. interpretatur, 51.
 Ecclesia nomen generale est; Martyrium speciale, ibid.
 Martyrium non est proprie Altare ubi corpus Martyris requiescit; contra Lateranum, 52.
 Ecclesia nomen generale, Martyrium tantum dicitur Ecclesia ubi corpus Martyris, sive eius Reliquie requiescunt, 53.
 Confessio appellatur Ecclesia ubi sanctus Confessor requiescit, 54.
 Confessio appellatur sepulchrum ubi corpus Martyris aservatur, 55.
 Ecclesia Martyrium; Altare vero Confessio vocatur, ibid.
 Memoria item dicitur Ecclesia, & quare? 56.
 Titulus quo tempore Ecclesie fuerunt appellatae, 57.
 Tituli quo tempore Presbyteris fuerunt divisi Romæ, 58. & 67.
 Titulus quid sit, & ex quo consistat, 59.
 Tituli isti a quo originem sumpsissent, 60.
 Tituli quid sint de iure civili, ibid.
 Quis representent, 61.
 Cortina Regia in Ecclesia quid importet, & unde originem trahat, 62.
 Cortina in Ecclesia imponi non potest, 63.
 Tituli Ecclesiastici a Fiscalibus Titulis diversi, 64.
 Cruces quo tempore in Ecclesiis posita, 65.
 Cruces sine Reliquiis collocanda non sunt extra Ecclesiam de iure Civili, 66.
 Tituli, sive Ecclesie quando divisi in Vrbe, 67.
 Ecclesia quilibet, Titulus non potest appellari, sed que? 68.
 Titulus quando pro Altari sumatur, 69.
 Ecclesia Titulus vocatur quoties ab ea Presbyter intitulatur, 70. & 71.
 Ecclesia nulla potest esse sine Presbytero, 71.
 Memoria quare ratione Ecclesia denominatur, 72.
 Titulus, Memoria, & Martyrium, idem sunt, 73.
 Domus Dei vocatur Ecclesia, & unde originem trahit hac denominatione, 74.
 Cathedralis sub nomine Domus continentur, & ubi? 75.
 Bethel, quo ex precepto Domini perrexit Iacob ex Sichon, an posita in Ecclesiam consecravit, 76.
 Bethel quis fuerit locus, & ubi erat, 77.
 Bethel Deus consecravit in Templum a Iacob, quia ibi Ieroboam vitulos aureos adorari fecit, 78.
 Oratoria Ecclesia appellata, & quare? 79.
 Oratoria quomodo ab Ecclesia distinguantur, tam privata, quam publica, 80.
 Tabernaculum an Ecclesia aliquando nuncupetur, 81. & seqq.
 Tabernaculi etymologia, 82.
 Tabernaculum idem quod Ecclesia portatilis, 83. & 86. ubi plura.
 Constantinus Ecclesiam portatilem sibi fecit, 84.
 Ecclesias portatiles quomodo habebant primi Christiani, 85.
 Plura de Tabernaculo remissive, 87.
 Sacellum item appellatur Ecclesia, 88.
 Ludovicus Lopez. Author Cesar Augustanus quis fuerit, ibid.

Voces, seu vocabula nova, studia sunt Conarum, 89.
 Delubrum, seu Fanum, proprie non appellatur Ecclesie, sed Tempia sunt Gentilium, 90.
 Christiani huius vocabulis non utuntur, ibid.
 Basilica, & Templum, nominantur Ecclesie, 91.
 Basilica unde dicta? remissive, ibid. & 92. & 96.
 Basilica mentio in Iure, & Antiquo, 93.
 Basilica an sit nomen particulare Cathedralium, 94. & seqq.
 Basilica est, ergo Cathedralis: non recte deducitur. At vero, est Cathedralis, ergo Basilica: e contra, recte, 95.
 Basilica est fundamentum altarium Ecclesiarum, 96.
 Unde dicitur, ibid.
 Basilicani, & Basilicarum custodes qui, 97.
 Basilica quare Ecclesia nuncupetur, 98.
 Arrium Templi Salomonis, Basilica dictum, 99.
 Basilica, Regum habitacula sunt, 100.
 Eius etymologia, ibidem.
 Basilica quare sit dicta, ibid. & 101.
 Basilis Græcorum Imperator primus in Ecclesia sepultus, ibid.
 Basilica divina Tempia nominata, 102.
 Ecclesia Gentilium in Tempia Christianorum mutata, 103.
 Ecclesie adificare ubi domania habitabant, gratissimum obsequium est Deo, 104.
 Basilica, apud Gentiles, loca erant venalia, 105.
 Quid ibi fiebat, ibid.
 Basilica, locus, ubi Ius dicebatur, 106.
 Basilica privata que? & ad quid servabant, 107.
 Basilica, proprie Ecclesia est benedicta: si vero consecrata sit, Ecclesia nominatur, 108.
 Basilicarum principium, 109.
 Basilica, domus causarum cognitionis destinata, 110.
 Basilicarum nomina diversa, ibid.
 Basilica nomen pro viis civitatis usurpatum, 111.
 Basilica, & Ecclesia, an detur differentia, 112.
 Templum, Ecclesia nominatur: & unde? 113.
 Tempia quare a principio Christianitatis Ecclesie non fuerunt appellata? 114.
 Synagoga Ecclesia nunquam fuit dicta, ibid.
 Ecclesie, & Templi, nomen, quando promiscuum fuit, 115.
 Tempia Ethnica, Ecclesias Christiani male attribuerunt, 116.
 Tempia a Gentilibus, loca ubi Ius dicebant, vocabantur, 117.
 Gentiles que fana Deorum Tempia vocabant, 118.
 Tempia, que Ecclesie vocantur proprie, 119. & seqq.
 Quando adificari ceperunt, 120.
 Tempia idem quod Aedes sacra apud Gentiles, 121.
 Templi varie significationes, 122.
 Nomina specialia Cathedralium, 123. usque in fin.
 Sancta Ecclesia Cathedralis nominatur, & quare, 123. & seqq. 130. & seqq. 154.
 Christiani Catholici nominantur, 124.
 Cathedralis non denominatur Sanctæ, quia analogum per se sumptum stat pro nobilitate significato, 125. 156.
 Christiani in principio Sancti nominabantur, 126.
 Sancti nominantur qui eminentiore fulgenti sanctitate, 127.
 Sanctitatis definitio, 128.
 Sanctus qui dicitur, 129.
 Sanctus, nomen est honoris, 130.
 Ecclesia univrsalis quare Sancta dicitur, 131.
 Ecclesia sanctitas in quo precipue respicienda, 132.
 Ecclesia simpliciter denominata, Cathedralis intelligitur, 133. & 157.
 Sanctæ Ecclesie nomine Cathedralis intelligitur, ibid. & 155.
 Ecclesia sumitur pro Capitibus, & maioribus populi, 134.
 Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum Mater, & Magistra, 135.
 Ecclesia Romana sacrosancta dicitur, & quare, 136.
 Ecclesia univrsalis quare Vox dicitur, 137. & quare, 140.
 Ecclesia univrsalis, est omnium fidelium collectio, 138.
 Sine macula, & ruga est, 139.
 Ecclesia malignantium est opposita, 140.
 Papa quare unus, & non plures, 141.
 Ecclesia malignantium que sit? & que illius a nostra differentia sit, 142.
 Ecclesia quare Sancta dicitur, licet peccatoribus misceretur, 143.
 Charismata, & omnes bonitates a Spiritu sancto, 144.
 Frances de Eccle. Cathedr.

Ecclesia quare Catholica denominatur, 145. & seqq. 149.
 Catholica idem quod Univrsalis, ibid. & seqq.
 Medicamentum univrsale Catholicon Medicis appellant, 147.
 Catholici, & Christiani, quare denominemur, 148.
 Apostolica quare nominetur Ecclesia, 149. & seqq.
 Apostolica traditiones quare auctoritatem habeant, ibid. & 150.
 Papa Apostolicus, sicut Ecclesia Apostolica nominatur, 151.
 Cap. quamvis, 21. dist. explicatur, 152.
 Ecclesie particulares quomodo Catholice & Apostolice nominentur, 153.
 Senatus Ecclesie, ab Ecclesia Principatu derivatur, 154.
 Sancta Ecclesia, absque alia expressione, Cathedralis intelligitur: & quare? 155. & seqq.
 Analogum per se sumptum stat pro nobilitate significato, 156. 125.
 Ecclesie nomine, absque alia expressione, Cathedralis intelligitur 157. & 133. & 162.
 Cathedralis a nomine Civitatis denominatur, 158. 160.
 Cathedralis in maioribus urbibus sunt edificande, 159.
 Civitas, & Ecclesia civitatis, sunt res diversæ, 160.
 Vrbs, & Civitas, in quo differunt, ibid.
 Parochia non explicatur ex titulo loci, sed Sancti, 161.
 Ecclesie nomine intelligitur Cathedralis, in favorabilibus; secus autem in odiosis, 162.
 Et quando e contra, 164.
 Ecclesie appellatio Roma non venit, nisi de ea fiat mentio, 163.
 Clement. nolentes, de hæretic. non comprehendit urbem Romanam, ibid.
 Cathedralis appellatione, non venit Metropolitana in odiosis: & quando contra, 164.
 Ecclesie nomen quando non appropriatur ratione alicuius aduanti, intelligitur de maiori Ecclesia, 165.
 Matrices appellantur Cathedralis, & quare? 166. 170.
 Matricis nomen quas habeat significationes, 167.
 Matrices quomodo vocentur Ecclesie Parochiales, & quare? 168.
 Matrix appellatur Ecclesia, que aliis sub se habet, 169.
 Matrix vocatur Cathedralis, nisi qualitas matris aliud postulet, 170.
 Matrix prima, Romana Ecclesia, 171.
 Cathedralis, respectu Romana Ecclesie, secunda Matricis, 172.
 Cathedralis mater est, & Parochia univrsalis totius Episcopatus, 173.
 Matricis nomen non comprehendit Episcopum, Canonicum, nec Clericum; sed tantum ipsam Ecclesiam, 174.
 Ecclesia Cathedralis Maior Ecclesia nuncupatur, 175.
 Cathedralis ab Episcopo denominatur, 176.
 Sponsa Episcopi nuncupatur, 177.
 Cathedralis, an dicitur Ecclesia Episcopi, 178.
 Episcopus non habet dominium in Ecclesiam, ibid.
 Dominium Ecclesiarum habet Papa, 179.
 Cathedralis, Episcopalis Ecclesia nominatur, & quare? 180.
 Episcopus quare recipiat Cathedralium, 181.
 Mensa Episcopi differt a Mensa Capituli, 182.
 Cathedralis exprimitur nomine Ecclesie, non vero Sancti cui dedicatur, sicut inferretur, 173.
 Nomen Ecclesie exprimentum in Gratia, ut non sit subreptitia, secus in Cathedralibus, 184.
 Metropolitana Ecclesie Archiepiscopales nominantur, 185.
 Largo modo Cathedralis dicitur, 186.
 Domus item Cathedralis nominatur, & quare? 187.
 Palatium antonomastice pro Principis habitaculo sumitur, ibid.
 Cathedralibus quare nomina particularia debeantur, 188. 192.
 S. Petro quare mutatum fuerit nomen, ibid. & 191.
 Cephas idem quod Caput, 189.
 Nomina digniori parti imponenda, 190.
 Etymologia nominum Cardinalium, & Episcoporum, remissive, 191.
 Principum in Lege veteri nomina mutantur, 192.
 Nominibus honorificis correspondere debet effectus, 193.
 Nomina specialia Cathedralium aliis inferioribus permittenda non sunt, 194.
 Novitatum damna remissive, 195.
 Nomina specialia cur Cathedralibus concedantur, 196.
 Cathedralibus quibus aliis nominibus nobilitentur, 197.
 Episcopatus quomodo sit Sacramentum, 198.

licet in dubium ab aliquibus revocetur, ut videre est per ea que tradit *Lot. de re benef. lib. 1. q. 13. ex n. 45.* existimans *Martyrium* propriè dici Altaria ubi *Martyris* Reliquie affertur, quæ ponuntur tamquam quid ab *Ecclēsiis* diversum: in *l. Generali*, juncta *l. Decernimus, c. de sacros. Ecclē. Tamen* verius iudicio *Ecclēsiæ* ipas aliquid *Martyria* appellari: quem morem à *Græcis* derivatum, & ex *Concil. Gangrensi, c. 20.* & *Chalcedonensi*, in quorum *Actis* sapè fit mentio de *Martyrio S. Euphemia*, ubi est sacrosancta Synodus celebrata, observat *Baton. d. Anno 57. n. 127.* Ad idem etiam videndum est *S. Isidorus lib. 15. origin. c. 4.* Hugo Laurentius Archidiaconus & *Tarrectemata in c. Cum quidam, 18. q. 2. ubi* Basilicam Vaticanam *Martyrium Apostolorum* appellant. Item *S. August. lib. 22. de Civit. Dei, c. 8.* *Martyrium* Sancti Stephani, locum in quo ipse *Martyr* celebratur, appellat. Et insuper Templum *Jerusalymis* à *Constantino* exadificatum in *S. nostræ* *Redemptionis* *Calvarie* loco, *Magnum Martyrium* ob excellentiam dicitur ab *Eusebio* *lib. 4. de vita Constant. cap. 40.* *Theodor. lib. 1. cap. 36. Niphe. lib. 8. c. 50.* Durant, *suprà, n. 10.* & de alio ab ipomet *Constantino* extracto in loco, ubi *Christus* Dominus ad *Cælos* ascendit, in memoriam suæ gloriosissimæ *Resurrectionis*, & nostræ felicitatis, quod *Martyrium* nuncupatur, videre licet per *Cyrellum Catech. 14. Bat. Anno Christi 326. n. 26.* *Lot. de re benef. lib. 1. c. 13. nu. 47.* quare hanc sententiam tamquam veriore[m] amplector, quam latè prosequuntur *Baronius*, & *Durand. locis superius citatis.*

50 Quibus non obstat *text. in d. Generali, 13. juncta l. Decernimus, 25. c. de sacros. Ecclē.* ubi ponuntur *Ecclēsia*, & *Martyrium*, tamquam diversa; ibi: *super sanctis Ecclēsiis, & Martyris*: quia respondetur *Ecclēsiæ* nomen generale esse, *Martyrii* verò speciale: ut notavit *Glossa in d. Generali, verbo Ecclēsiæ*, juncto *ver. Martyrio.*

51 Ex dictis concluditur, malè existimasse *Lotterium d. l. 1. de re benef. c. 13. ex n. 47.* propriè *Martyrium* dici Altaria, ubi Reliquie *Martyris* requiescunt, non verò *Ecclēsiæ*; licet postea fateatur sic appellatas fuisse eas, in quibus sacri Cines singulariter positi fuerunt: ut probat *Eusebius lib. 11. Ecclē. hist. cap. 17. & 28.*

52 Tamen supradictas Doctorem varietates sic temperandas esse censo, ut *Ecclēsiæ* nomen generale sit; *Martyrium* verò tantum spectet ad eas, in quibus *Martyrum* Reliquie repositæ fuerunt: Ejus sententia fuit *Joannes Selva* *tratt. de benef. 1. p. c. 5. n. 14.* quod expressè probat *Euseb. proximè citatus*; & ex *Auctoribus* superius relatis, expressissimè constat, quæ omnes de sanctis *Martyribus* loquuntur: quibus jungenda est consuetudo, ex qua *Confessio* dicitur *Ecclēsiæ*, in qua Memoria *Confessoris* veneratur; & dicitur *Confessio à Confessore*, ut optimè observat *Durandus suprà, nu. 10. ad finem, c. n. 11. ibi: unde quemadmodum à Martyre, Martyrium; ita à Confessore, Confessio manavit.*

53 Non meliè *Confessionem* etiam appellari sepulchrum, ubi Corpus *Martyris* asservatur; ita ut hæc vocabula interdum confundantur: Et ita Romæ ea pars Vaticani, quæ sepulchrum *Sanctorum* *Apostolorum* *Petri & Pauli* continet, *Confessio* appellatur: Sic Similiter *Anastasius Bibliothecarius in vita Sixti Pape III. ait: Sixtus* *Papa fecit Confessionem S. Laurentii, Martyria cum columinis Porphyreticis, & ornavit transsemmam; fecit quoque ibi ad Confessionem Altare S. Laurentii.* Ecce quomodo *Ecclēsiæ*, *Martyrium*; Altare verò *Martyris* *Confessio* appellatur: vide *Durand. d. n. 10.*

54 Ex eadem etiam ratione aliud Nomen sumpsit originem, quod est *Memoria*, de quo frequens mentio apud *S. August.* reperitur *lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8. & aliis pluribus in locis*: ea nimirum ratione, quia *Ecclēsiæ* in Memoriam *Sanctorum* *Martyrum* erigi, & Deo dicari consueverunt, de quo est *Canon Concilii Africani can. 50.* & egregiè ostendit *D. Augustinus* proximè citatus *cap. 10.* subdens rationem per hæc verba: *Nos Martyribus nostris, non Tempia sicut Diis, sed Memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus, prosequitur Baron. d. n. 127.*

55 Pendet etiam ex eisdem principiis aliud vocabulum quod est *Titulus*, sic enim *Ecclēsiæ* appellari consueverunt à tempore *Euatili*, qui *Anacleto* successit, & Anno 113; ab ortu

Christi fedit. Hoc *Pontifex* *Titulus* in urbe Roma divisit Presbyteris, quod est idem ac domos divino cultui mancipatas, in quibus *Christiani* Synaxes agere consueverunt, de quibus adeest *Exemplum Pii Pape in Epistola ad Justum Vienne[nsem]*, quæ habetur *tom. 1. Biblioth. Sanctorum Patr.* ubi ait: *Antequam Roma exisset; for nostra Euprepia (sicut bene recordaris) Titulum suæ pauperibus assignavit: ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes, Missas agimus: unde Titulus est ille qui ponitur in memoriam Sancti, cui dedicatur *Ecclēsiæ*; & Cardinali traditur, & ille curam suscipiebat, cui etiam Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi tradebantur cum ministris inferioribus, ut Sacramenta ministrarent: & hi Clerici ejusdem *Ecclēsiæ* *Titulares* erant; teste *Roman. in tract. de las Republicas lib. 4. de la Republica Christiana, c. 2. in princ.**

56 Sed & unde hoc originem sumpsit, eruditè agit *Baron. Anno Christi 112. ex n. 5.* ubi observat à rebus fiscalibus acceptam esse hanc nomenclaturam; *Tituli* namque impositione, rem aliquam sibi *Fiscus* solitus erat vendicare, quæ Principi consecraret: de quo est optimus *text. in l. Si quando, la segunda, c. de bonis vacant. lib. 1. c. 10.* *Titulus* verò, quorum adiectione prædica nostris sunt consecranda substantias, non nisi publica reificatione proponatur. Et Hi autem *Tituli* velà quædam continebant, quæ Regiam representabant dignitatem, & potestatem, imaginibus Imperatorum intertextæ, si ve ipsorum nomine insignita, quæ nos vulgò *Cortinas Regias* appellamus. Et de eis sub hoc nomine mentionem facit *S. Ambrosius ad Marcellinum* *scribens de Valentiano* Imperatore, qui eam *Cortinam* intra *Ecclēsiam* sibi eo modo studuit vendicare, sed ea à pueris scilla, omnia, quæ hac in re tentaverat, irrita sunt reddita: de quo etiam mentionem fecit *S. August. in Psal. 21. expof. 2.* quos *Titulos* imponi *Ecclēsiis* rebus verut *Gregorius* *Papa l. 4. epist. 44.* ut ille qui sciebat *Titulos* *Ecclēsiasticos* longè à fiscalibus diverfos esse debere; ut optimè notavit *Baronius d. n. 5.*

57 Quare *Theodosius*, ut *Genitulum* delubra *Christianæ* Religionis cultui manciparet, vexillum *Crucis* *Titulus* *Ecclēsiarum* apponi, *Edicto* suo voluit; de quo est *text. in Luit. c. de Paganis, in C. Titulobisano*: ita tuncquæ fuit à *Leone* Imperatore quod nullatenus *Crucis*, si ve *Reliquie* *Sanctorum* extra *Ecclēsiam* collocarentur: de quo est optimus *text. in l. Decernimus, la segunda, c. de Episc. & Cleric. & Novella 117. c. 7. & Constituti. 4. c. 1.* *Consonat* *Ordin. Roman. de Divino Officio, c. de edifice. Ecclē.* & plura tradit *Baron. in notis ad Martyrol. die 26. Julii*; & *S. Ambrosius in Epist. ad Cypri. 4. in fine. Domini*, inquit, *salutat propter reverentiam Crucis*, ut notavit *Baronius d. Anno 112. n. 6.*

58 Unde *Tituli*, id est *Ecclēsiæ* divise sunt Presbyteris in *Urbe*; ut tradit idem *Auctor Baron. d. Anno 112. n. 7.* qui optimè notavit in *Martyr. d. die 26. Julii*, quod nō omnis *Ecclēsiæ*, secundum veterem Romæ loquendi usum, *Martyrum* ve *Memoria*, *Titulus* diceretur; sed tantum insigniores *Ecclēsiæ*, quibus præficerentur Presbyteri *Cardinales*.

59 Ex his etiam *S. Hieronymus* *super cap. 18. Genes.* postquam *Jacob* à somno expergefactus stupens dixit: *Non est hic nisi Domus Dei, & porta cæli*: ait sacra *Pagina: Surgens ergo Jacob* *mane tulit lapidem quem supposuerat Capiti suo; & erexit in Titulum, fundens oleum desuper: Et insertus: & lapis iste quem erexit in Titulum, vocabitur Domus Dei* Hunc locum pro *Altari* *Ecclēsiæ* vertit: & idem vertit *Osee 3.*

60 Ad hæc etiam alia ratione *Titulus* *Ecclēsiæ* nuncupatur, quia videbatur in ea Presbyter adsciberetur, ut ab ea nomenclaturamque acciperet; & ejus loci Presbyter dicitur: ut *Baron. d. n. 6. in fin.* notavit. Et licet paucis verbis concludat, maxime cum ratione originem inde traxit, cum de jure nulla possesse *Ecclēsiæ* sine Presbytero: c. 1. *de Censibus*: & de hoc videndum *Barb. de univers. iur. Eccl. lib. 2. cap. 2. n. 22. c. 34. & in Collect. ad text. in d. cap. 1. n. 5.* *Lara de Amiv. & Cap. lib. 1. cap. 18. n. 15.* Et de more intitulasi eos ex *Titulis* *Ecclēsiarum*, præcipuè in Cathedralibus, res aperitissima est, siquidem *Dignitates* maiores ab *Ecclēsiæ* originem trahunt; idèo principales *Archidiaconi*, qui *Oculi* dicitur *Episcoporum*, ut suo loco dicemus, *Titulo* *Ecclēsiarum* insignuntur.

tur. Similiter & Canonici, & quod magis est *Episcopi*, ab *Ecclēsiæ* Cathedrali nominantur *Episcopi*; similiter & *Currati* à sua *Parochiali*, ut ubidistanti ratio nulla remaneat quod *Titulus* *Ecclēsiæ* ea ratione nuncupetur.

72 Memoria insuper *Dei* ex eisdem rationibus nuncupatur *Ecclēsiæ*: de quo sèpissimè *S. Augustinus* mentionem facit, occasione eadem, quia *Ecclēsiæ* in memoriam *Sanctorum* adificatur. *Vide lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8. & alibi; & cap. 10. unde Titulus, Memoria, & Martyrium, ad idem spectant.*

73 Domus præterea *Dei* ex eodem principio nomen accepit, sic dicta *Græcè à Dogmate*, quod Latine dicitur *rectum*: quasi dans unanimes manere in se: ut probat *Selva de benef. 1. p. cap. 5. n. 18.* de quo sunt plura exempla in *sacris Literis*, ut latè tradit *Durand. de Ritib. Eccl. lib. 1. cap. 1. nu. 9.* sic in *libb. Pentat. Psal. Proph. & Evang. Matth. 21. Marci 11. Luca 19. Joan. 15.* reperitur: de quo vide plures apud *Durand. sup. loc. cit.*

74 Illud etiam pro hac parte adduci solet, quod *Genes. 28. 16.* legitur de *scala Jacob*, quando evigilans à somno dixit: *Verè Domus est in loco isto, & ego nesciebam*; pavensque prosequitur: *Quem terribilis est*, inquit, *locus iste! non est hic aliud nisi Domus Dei, & porta cæli*: & *Gen. 35. 7.* ubi postquam ex præcepto *Domini* *Jacob* de *Sichem* portexit *Bethel*, ait *text. Edificavitque ibi Altaria, & appellavit nomen loci illius, Domus Dei.* Et circa nostrum institutum in aliquibus partibus Cathedralis *Ecclēsiæ* *Domus* genericè appellatur; Germanis & Italis est loquendi formula: de quibus vide *Mola lib. 3. de Canonici. c. 3.* & idèo *Domum* *Dei*, pro *Ecclēsiâ*, in *Scriptura*, & *sacris Auctoribus* usurpari optimè reperitur, de *Cathedra* lib. absolute eo modo quo diximus: ut bene notavit *Lotin in Acta Apost. c. 2. v. 46. vers. Circa domos*: in illa verba: *Frangentes circa Domos panem.* Ex quo nostri *Christiani* nomen hoc *Templis* si ve *Ecclēsiis* tribuerunt: *Qui* locus in quo *Jacob* visionem hanc magnam habuit, an postea fuerit *Deo* dicatus in *Templum*? non satis constat. *Ex* verò cum *Durando* *d. n. 9.* verius censo nequaquam fuisse, quia locus ille multis milliaribus distat à *Jerusalem*: nam licet *Lytanus*, & nonnulli alii existimant *Bethel* fuisse montem *Moria*, seu ipsam *Jerusalem*, tamen communior & verifimilior opinio est secundum ea quæ tradunt *Abulens. Adricomius*, & eorum sequaces, urbem intelligi ab *Jerusalem* distantem octodecim milliaribus & amplius, in sorte *Tribus* *Ephraim* juxta *Sichem*, in qua uti in *Dan* quasi in extremis *Regni* sui limitibus *Jeroboam* suos vitulos adorandos proposuit; ad quem abusum tollendum, ibi *Jacob lapidem* in *Titulum* erexit.

75 Insuper & *Oratorium* appellatur *Ecclēsiam* *Christiani*, ex eo quod cum initio nascentis *Ecclēsiæ* publici Conventus ad orandum non permitterentur, *Oratoria* angusta & secreta, quod convenirent, habebant, in quibus postea, cum propter loci angustiam continere non possent, *Ecclēsiæ* ampliores in universis urbibus excreverunt: ut latius sup. in c. 2. *An Ecclēsiæ Cathedralis eodem tempore quo Episcopatus incæperunt*, tractavimus. Quæ semper *Oratoria* appellata sunt: *Niciph. lib. 7. Hist. c. 2.* unde *Aurelianus* *S. Martialis* discipulus, in *vita eisdem*, ait: *Altare in honorem S. Stephani Protomartyris sanguine sui consecravit: & paulò post: Constituit & supra dictum aliud Oratorium ante sepulchrum suum, ut esset in honorem S. Petri Apostolorum Principis.* Sed de *Oratoriis* publicis & privatis, & quomodo ab *Ecclēsiis* secerantur: vide plene in *Can. Pnicique. Can. Clericos, juxta Can. Si quis, de Consecr. dist. 1. Panorm. in c. fin. de Censib. & in cap. Patentibus, de priv. Feder. de Sen. conf. 130. Decium conf. 148. Durand. suprà num. 13.*

76 Sed an inter nomina *Ecclēsiæ*, *Tabernaculum* connumeretur: non erit abs re inquirere: In qua questione licet *Selva de benef. 1. p. c. 5. n. 14.* existimet *Tabernaculum* nuncupari *Ecclēsiam*, idèo dictum quasi *Tabernaculum Dei*; ut probat etiam in *Dedicatione Ecclēsiæ*; tamen verius credo, *Tabernaculum* non propriè *Ecclēsiam* simpliciter esse, sed *Ecclēsiam* portatiliem, sicut ut *Tabernaculum*, & *Ecclēsiæ* portatilis idem sint. *Constat* enim, nec dubitare fas est, *Tabernaculum* in *Legge* veteri pro *Templo* sumi; ut *Psal. 131. v. 7.*

legitur: ibi: *Introibimus in Tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius*; & *Jer. 10. 20.* *Tabernaculum meum vastatum est*; portò *Tabernaculum*, peregrinantium quodammodo & militantium est, ut docet *Durand. n. 14.* & inde *Contubernales*, quia simul habebant *Tabernacula*, vocat *S. Augustinus* *Enar. 2. sup. Psalm. 26. & conc. 3. in Psalm. 10. & Psalm. 131.* neque *Tabernaculum* certam sedem, & fundamenta habet, sed huc, illucque mutatur; & cum transigrante migrat: auctore *S. Hier. in Psalm. 14. & 84.* Ex quibus legitimus *Constantinum* portatilem sibi fecisse *Ecclēsiam*, quam secum, si ve in bello, si ve in pace ferrebat, & adibus sacris caret: ut constat ex *Ephoria* *tripart. lib. 1. c. 10.* & aliis, quos tradit *Durand. proximè citatus.* Quam consuetudinem à primis *Christianis* sumptam esse dubitare non debemus; quando quidem satis nobis constat, quod quando aliqua vehemens persecutio oriebatur, *Christiani* *Edicta* Imperatorum, quibus ad mortem requirebantur, parvi pendentes, ubicumque opportunum erat ad *Synaxes* conveniebant: de qua re late *Baron. Anno Christi 57. n. 128.* & nos *alibi.* Unde propriè *Tabernaculum* *Ecclēsiæ* portatilis dicitur, licet aliquando in lege veteri pro *mansione* perpetua accipiatur; ut exponit *Bellarmin. illud Psalm. 131. v. 7.* Sed responderi potest, *Tabernaculum* esse quidem perpetuum; locum verò *Tabernaculi*, juxta verbi proprietatem, nequaquam; ut verè *Tabernaculum*, & *Ecclēsiæ* portatilis idè sit: Qui enim de hac voce *Tabernaculum* plura scire desiderat: 37 consulat *Joseph lib. 3. antiq. cap. 5. D. August. lib. 2. quaest. sup. Exodum.*

77 Sed & *Sacellum* aliquando appellatas fuisse *Ecclēsias* probat *Ludov. Lopez in quodam tract. cui titulus est, Trophæos de Zaragoza, cap. 16. fol. 243.* sed hic *Auctor* or unus fuit ex his quos *Ecclēsiæ* *B. Marie del Pilar* *Casaragustæ* ad omnia quæ ipsi suggestit scribenda conduxit; arte pistoria in eadem *Civitate* ad vivendum urens; cui compete illud *Athenæi* *l. 9. c. 8.* & *Beyerlinch* in *Theatro vitæ humanæ, verbo Grammatica, fol. mibi 79.* ubi scribitur voces, seu vocabula nova, studium fuisse proprium olim *Coqui*: quod pro nunc non disputo: sed de hoc *Auctore* vide quæ diximus in *Tract. univ. Cathedral. Casaragustæ, c. 7. n. 1. c. 15. n. 90.* & segg. nec credas *Lector* hoc gratis notatum esse, cum passim nostræ *Metropolitane* auctoritas dispendium patitur ex negligentia nostra in non notando eos qui contra illam absque fundamento scripserunt.

78 *Delubrum* si ve *Fanum* aliqui *Ecclēsiis* nominantur, quod non solum improprium vocabulum, sed improbit factum fuisse, quia solis *Genitulum* *Templis* convenit, probat *Macrobi. lib. 3. Saturn. cap. 4.* Nam ut ait *Cicero* *lib. 3. de Nat. Deorum: Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro Deorum Templis atque delubris.* Ad idem *Virgilius 2. Æneid. Argemmi lapsu delubra ad summa dracones Effugunt*; Et idèo *Patres* nostros ab his abstinnisse certissimum est, teste *Baron. d. Anno 57. n. 127. ad fin.*

79 Sunt præterea alia nobiliora nomina, quibus *Ecclēsiæ* manifestantur, quæ sunt *Basilica*, & *Templum*; idè enim *Basilica* *Ecclēsiæ* nominantur, ut advertit *Baron. in notis ad Martyrol. sub die 5. Augusti*; cujus vocabuli antiquitatem reperies in *Optato* contra *Parmenium*, cum ait: *Rome fuisse quadraginta, & amplius Basilicas.* Eodem etiam modo appellantur à *S. August. lib. de Ecclēsiæ dogmat. c. 37. ibi: Basilicas eorum nominibus appellat.* Et de *Civit. Dei* *lib. 1. c. 4. ibi: istas Christi Basilicas, & aliis innumeris.* Qua de re vide *Durand. sup. n. 8.* Etiam de hoc nomine mentio fit in *hæc pluribus*, ut videre est per *text. in cap. non oportet, l. 2. dist. 42. can. per lectis, vers. ad Primicerium, dist. 42.* Et plura vide apud *Baron. in not. ad Martyrol. sub die 5. Aug. & Italam* *statim citandum n. 31.* Quod non ad solam *Ecclēsiam* *Cathedrali* pertinet, sed ad omnes, etiam si *Cathedrales* non fuerint, expressè probatur ex *text. in c. Omnes Basilica, 16. q. 7.* ubi ex *Concil. Aurel. 1. cap. 19.* sic statutum est: *Omnes Basilica quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie conservantur, placuit secundum priorem Canonum regulam, ut in eius Episcopi potestate consistant, in cuius territorio possit. Ad idem est in can. Si ex Laicis, can. Novorunt, 10. q. 1.* Quibus junctis eruditè, ut solet, adde *Cresp. in Summa Ecclē. dist. 4.*

Constantinopolitanus Patriarcha an possit appellari Romanus, 199.
 Papa est Patriarcha Romanus, 200.
 Constantinopolis appellatur secunda Roma, 201.
 Cathedralibus nomina Episcopi conveniunt, 202.
 Ecclesia que fuit Cathedralis, honoris nomen retinet, 203.
 Archiepius Ecclesie que fuit Cathedralis authenticus, 204.
 Ecclesia Conventualis, & Collegiata vocatur Cathedralis, 205.
 Ecclesia Conventualis, Collegiata vocatur, 206.

Item in rebus notis, de nominibus, sive vocum proprietate quaestiones inferre, vanum esse Magni juris Interpretes judicaverunt, Tiraq. & Cujacius, quos sequitur Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 1. n. 1.* tamen e converso in rebus non satis exploratis, nominis explicationem necessariam esse precipue ostendit Jureconsultus Ulpianus in lib. 1. ff. de Inst. & h. ubi notatur Cujacius ipse, & Decianus in Apolog. contra Alciat. que est ad finem voluminis tertii suorum Responsorum, c. 5. n. 6. Lotter. *supra*, n. 11. Cum ergo nomen, quod pluribus potest competere, rem certam non reddat, ut colligitur ex text. in l. hac consultiissima, C. qui testam. sacer. possint, Mascar. *de probat. concl. 508. n. 18. volum. 4.*
 1. Valenz. *conf. 90. num. 12.* Unaquaque enim res, quemadmodum intelligi debeat, ex nomine apparet: l. Divus, in princ. de bon. damnat. Guillel. Bened. in c. Raynuitus, ver. Raynuitus de Clera, num. 53. de testam. recta quidem ratio-
 2. nam nomina antiqua non temere ab hominibus imposita sunt, magnamque in iis animadverti observatio-
 3. nem, ac quasi vaticinia in nonnullis futurorum esse, asserunt plures, quos longa manu, ut solet, tradit Tiraq. *de Nobil. c. 1. nu. 8.* que diuturnitate, & longo temporum intervallo, & vetustate distrahuntur, confundunt, & pervertunt, jam pridem Caro ille Uticensis apud Salust. in Catilina notaverat; & Plato in Cratyllo scripterat: cujus rei occasione Scriptores ab ipso nominum origine, & proprietate suos Tractatus incipere conserverunt, ut idem Tiraq. fecit in
 4. tract. de Retract. liguag. glos. 8. nu. 1. in princ. semper enim apud homines pulchra, & honesta nomina apud omnes Nationes in magna fuerunt estimatione, ita ut nomen pulchrum habere maxima res aestimetur; ut notatur Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 1. n. 2. Gratian. *discept. 798. n. 14. & 15.* Chalfan. in Catal. gloria mundi, p. 11. consil. 23. circa que vide Felinum in promm. *Decret. col. 6.* Caccia. in l. 1. col. 10. de summa Trin. & alios, quos sequitur Chalfan. d. *conf. 23. circa finem.* Quare Joannes Andreas uxori suae
 5. Milanae dicebat, quod si nomina bona venderentur, magno essent pretio emenda; ut refert in c. cum secundum Apostolum, *de grad. & in c. 1. de depol. quem sequuntur Chalfan. in Catal. p. conf. 10. & conf. 23.* Guillel. Bened. in c. Raynuitus, ver. Raynuitus de Clera, nu. 52. que propria imponenda esse Dominus noster Jesus Christus nobis ostendit, quando suos Catholicos, Christianos a Christo, non Jesuanos a Jesu appellari voluit; quod factum fuit ex eo, quia Jesus nomen est Salvatoris, quod nobis communicare noluit, homines enim salutare sibi soli referre voluit: & hoc nomen
 6. proprium fuit ab Angelo declaratum, ideoque non est communicabile: Christus vero est nomen appellativum, & sic communicabile, & nomen commune potestatis, quod habet plurale, juxta illud: nolite tangere christos meos: juxta quod
 7. Christianos, non Jesuanos appellari nos, eruditè notavit Gratian. *discept. 798. ex n. 10.* Unde licet Fideles antiquitus Jesu, id est, *Discipuli Jesu* appellarentur, ut probat Epiph. l. 1. contra hereses, bar. 29. tamen Jesuanus, ex ratione predicta, nunquam nominati sumus, & heri Christiani.
 8. Quare proprium, & honorabile nomen, nec despiciendum esse, nec alteri communicari posse, scriptum habemus in l. Celsum 29. §. Quod aliquid, ff. de leg. 2. & ita de veriori opinione testantur Petegre. *de Fideicom. art. 16. n. 59.* Gratian. *discept. 104. n. 45. & seq.* Cujus rei rationem eam adducit DD. quia nomina & cognomina idè assumimus, ut a ceteris distinguamur, & per ea a ceteris fceramur, & demone-
 9. stremur, ut Tobias. c. 5. 18. probatur; ubi postquam Angelus ei dixit: *Ego sum Azarias Ananie magni filius.* Re-

spondit ei, *Ex magno genere es tu!* quod late prosequitur cum pluribus Eusebius de parit. *lang. 1. p. q. 16. §. 2. n. 11. & 12.* & latius §. 2. n. 27. & hinc est quod ex nomine, persona ostenditur, distinguatur, & probatur: l. 2. ubi DD. ff. de lib. & post. l. Titius, in princ. 25. ff. eod. §. 1. *Instit. de hered. instit.* idè enim inventa fuerunt nomina ad distinguendum & cognoscendum. l. Ad recognoscendum, C. de in rem missis. l. unie. C. de mut. nomin. Valenz. *conf. 110. nu. 7.* & hinc est quod ea que differunt nomine, differunt etiam esse Quæ, & essentia: l. Annulo, *vers. Que nomine differunt, effectus carebunt, C. de Fidei. l. Si idem, C. de Codicil. Valenz. conf. 33. nu. 168. & conf. 96. num. 155.*

Liquet ergo ex supradictis supervacaneam non esse huius
 10. Capituli investigationem, ex eo præcisè quia speciosa nomina particulariter Ecclesis Cathedralibus concessa, maximum eis honorem conferunt, & dignitatem in probanda qualitate generis. Guillel. Bened. *supra*, n. 54. Valenz. d. *conf. 90. n. 157.* quia nomen ostendit qualiter rei: l. C. de offic. *Pref. urb. l. Defensores nihil, C. de defensor. civit. idem Valenz. conf. 77. n. 44.* de quo & plura de dignitate nominum, videndus Beyerl. in T. beaur. v. *Nomen, pag. mibi 36.* nomina quippe propria Cathedralium, cum aliis nequaquam conveniant Ecclesis, peculiarem ostendunt ipsarum prærogativam, majoritatem, & superioritatem in omnibus; ita ut eis optima cum ratione conveniat illud Tobias. c. 1. *Ex magnogeneris es tu.* Ad quid enim nomina inventa sunt, nisi ut per ea significetur res de quibus homines loquuntur? verba sunt Jurisconsulti in l. item Pomponius §. Si plures, ff. de rei vendic. que cum pro amplitudine vel excellentia cum re ipsa conjuncta accipiuntur, ut probatur ex illo Pauli ad Eph. 1. 21. ubi: *Pateris que sit spes vocacionis eius, & que divitiarum gloria hereditatis eius in Sanctis, & que sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus, secundum operationem potentie virtutis eius, quam operatus est in Christo suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.* Aliàs enim sumitur nomen pro dignitate ac præstantia, ut idem Apostolus probat in Epist. ad Hebræos, l. 4. ubi: *Sedet ad dexteram Maiestatis in excelis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditavit, & ubi Theophylactus pro verbo effectus, legit, demonstratus, ita ut illa que de Christo effectus, pro demonstrato leguntur, intelligi possint de suis Cathedralibus, que effectus ab ipso, sive instituta, mediis Romanis Pontificibus demonstrata sunt: ab Ecclesia Catholica per nomina diversa, que eas ab aliis inferioribus distinguere Ecclesis: quod convenientissimum erat, ut particularia attribuerentur nomina, sicut Angelus Ephesi fecit, jubens Joanni scribere Ecclesis Asiæ; que licet plures fuerint, tamen septem connumerantur, in quibus Cathedralis propter primum figurabatur: ait enim Cap. 2. v. 17. ubi: *Vincenti dabo Mannam absconditum; & dabo illi calculum candidum: & in Calculo nomen novum scriptum quod nemo scit, nisi qui accipit.**

Sed dicit aliquis, quare Tractatus hic ab hoc Capite
 11. inceptus? Respondeo ordinem hunc trasverti oportere, quoties utilitas major Tractatus id expostulat, ut docet Bobad. in Polit. tom. 2. lib. 3. c. 7. n. 1.

Illud enim animadvertere etiam oportet, huius nominis
 12. Ecclesie diversas esse significationes, de quibus Lotter. *late de re benef. lib. 1. qu. 13. ex nu. 2.* Rodolphus Cupers in repet. *tex. in can. Oportebat, §. sequitur textus, ubi: Ecclesia, p. 1. Multiplicem esse Ecclesie nominis significationem, miramque eius auctoritatem exprimit, fol. 111. per tot. late & optime Moneta de Commut. ult. volunt. cap. 1. ex mm. 6. §. que 22. & de Distribut. lib. 2. q. 11. in princ. Simanc. de Cathol. *instit. tit. 2. q. n. 2.* Franc. Marcus dec. 1123. per tot. Multiplicia enim sunt nomina, que cum eadem sint quoad effectum, licet diversis locis applicentur, sicut veluti flumina, que cum eadem sint, diversa loca irrigant: ita quædam res variis nominibus donantur, cum una sit, ut dicebat Erasmus. Ex quibus opinio de Seneca l. 4. de ben. c. 4. ait: *Si quod a Seneca accepisset, loc Anno te dicere debere, vel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen;*
 13. quo-*

quoriam sive pronomen eius, sive nomen dixisset, sive cognomen, ille tamen ipse esset. Verum in hac materia scias velim, Ecclesie nomine diversimodè sumi posse largè, strictè, & strictissime: largè sumitur pro cœtu Christianorum, qui aliàs dicitur Fidelium collectio, cap. Ecclesia, de Consecr. dist. 1. D. Thom. in 3. p. q. 8. art. 4. strictè vero dicitur, Clericorum collectio: strictissime tandem sumitur pro loco illo in quo Divina celebrantur: ut videre est per ea que notavit Marius Itala de immu. *Eccl. lib. 1. cap. 4. §. 1. n. 3.* & quomodo nomina inventantur, & qua de causa? Solorz. de Ind. *lore, tom. 1. cap. 13. num. 9. lib. 2.*

Alia enim sunt nomina, que omnibus ædibus sacris conveniunt, a quibus excludere Cathedralis non possumus; illa vero ita particularia sunt, ut solis ipsis Cathedralibus in villa sua prerogativa, & superioritatis competant: quare primo de illis, postea de illis erit sermo.

Ædium sacrarum varia extant nomina, octo enumerat Durand. de Ritibus *Eccl. lib. 1. cap. 1. per tot.* Undecim commemorat Card. Baronius *Anno Christi 57. n. 127.* Decem & novem Joannes Selva de benef. l. p. q. 5. n. 14. Verum quia ex his plura, non de Communibus, sed circa particularia attributa metaphoricè sunt dicta, ideo ea omittimus.

Sed antequam ad censualium que nominis explicationem accedamus, scire oportet, antiquos Patres Latinos & Græcos pro aliquot secula nunquam Ecclesias Christianorum Tempia appellasse, sed Oratoria, Ecclesias, Domos Orationis, Basilicas, Martyria; ea ratione, quia cum adhuc
 14. vigeret memoria Templi Judaici, nec viderentur Apostoli simile aliquid introducere, & ut Ecclesiam à Synagoga distinguere, abstinere à voce Templi: Et quia non habebant tunc ulla Tempia, sed locum in privatis domibus loca
 15. quædam destinabant orationi, concioni, & sacris Missarum celebrationibus; prout notanter per hæc verba docet Bellarm. *tom. 1. controvers. c. de Rom. Pont. lib. 3. cap. 13. fol. 905.* Floremundus de Raymundo tractatu de Antichristo, *cap. 26. §. 6.* Durand. *de Ritibus Eccl. lib. 1. n. 8. & 13.* de quo vide latè Marium Itala d. §. 1. ex num. 4.

Ædes sacras Ecclesias nominatas fuisse, expressè colligitur ex illo Act. *Apst. 19.* ubi: *Erant enim Ecclesia confusa,* quod à Græco nomine, in quo idem quod Concio interpretatur, sumitur, & probatur ultra id quod diximus, ex illo quod paulo inferius d. c. 19. legitur: *si quid autem alterius rei queritis, in legitima Ecclesia poterit absolvi, hoc est in Concione, que non tumultus, sed legitimo more indita sit.* Concio vero
 16. apud Athenienses, erat universam civium conventus: quare S. Paulus Epist. 1. ad Corinth. c. 11. 18. ait: *Primum quidem convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo, & inferius, 22.* Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum: aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? que de Ecclesia intelligenda esse, per se patet, & probatur ex illo *Adieth. 6.* Et per totam noctem intra Ecclesiam oraverunt. Prosequitur in quest. *comp. expli. q. 310.* & plures alii SS. Patres apud Durand. *d. cap. 1. n. 1. in fine.*

Primo Ecclesia nominatur, cujus vocabuli etymologia facile desumitur ex Græco vocabulo, quod Latine sumptum, idem est quod Convocatio, ut Yvo Carnot. lib. 1. scribit, Unde S. Joan. Chrysoct. *homil. 1. in epist. 1. ad Thessal. ait: Nomen Ecclesie, nomen est multitudinis, & inseparabile ac absolutum*
 17. Congregationis. Unde Dominus in Levit. dicitur: *Et omnes Congregationes convoca ante osium Tabernaculi Testimonii;* ut probat Cyrill. *Ierosol. Catechesi 18.* & prolequitur Cresp. *ver. Ecclesia, in princ.* & pluribus ostendit Durand. *de Ritibus Ecclesie, dist. cap. 1. num. 1.* & latissime DD. in rub. C. de sacros. *Eccl.*

Ex eodem motivo Ecclesia Domus Oratoria sive Domini
 18. caput appellatur, juxta supradictum locum Luca 19. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Alias vero Domini caput appellatur; ut apparet ex Concil. Laodiceno, c. 28. & ex pluribus que tradit Cardin. Baron. *Anno Christi 57. n. 127.* de qua re rationem reddit Euseb. in oratione de laudibus Constantiniani, ea enim ratione hæc vocabula attribuantur Ecclesis, quia sumptum Domus Dei: ut refertur in d. *Concil. Laod. cap. 28.* S. Cyprianus lib. de Eleemosyna, S. Euseb. lib. de Constantini
 19. Frances de *Eccl. Cathedr.*

laudibus, & Thomas Bozzius de sig. *Ecclesie, fig. 38. lib. 20. c. 7. paulo ante finem.*

Quod verbum licet substantivè pro Sacrificii oblatione accipiat, ut S. August. *Epist. 86. ad Casulanum*, ubi: *Hora Dominici*, que est hora Convivii, ut notat Tertull. *lib. 2. ad uxorem*, & probat latè Cardin. Baron. *d. Anno 57. ex n. 129.* usus enim erat in primitiva Ecclesia, ut Mensa Eucharistica, & Mensa Communis conungerentur: quem reprehendit Apost. Paul. 1. *Cor. 11. Convenientibus vobis in unum, iam non est Dominicam cenam manducare, unusquisque enim suam cenam præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, & c.* quod exemplo Christi faciebant, quia sacram hanc instituit Mensam in nocte Cœnæ. Quare S. Joan. Chrysoct. *homil. 27. in princ. super hunc locum Pauli ait: Statis diebus mensas faciebant communes, & peracta Synaxi, post Sacramentorum communionem, inibat convivium; divitiis quidem cibis affectentibus, pauperibus autem qui nihil habebant, etiam vocatis, & omnibus communiter uscentibus.* Sed de hoc diversa fuerunt
 20. consuetudines, donec communi Ecclesie decreto statutum fuit, ut non nisi jejuni Fideles in Ecclesia sacram sumerent Eucharistiam: ut S. Aug. *Epist. 118. probat, & prolequitur Baron. supra, num. 130.*

Ex quo decreto universalis Ecclesia, & Cœnatum separatio, & Agapes, id est Convivia pauperum, principium sumptere: ut idem S. Joan. Chrys. testatur *sup. Baron. n. 131.* Steph. Duran. *de ritibus Eccl. lib. 1. cap. 1. n. 3.* sed de hoc latius infra c. 27. cum de Hospitalibus Ecclesiarum Cathedralium sermonem faciemus.

Non tamen desuere plures existimantes inter Dominicum
 21. & Ecclesiam, maximam esse & substantialem differentiam; ita ut Ecclesia sit Domus Consecrata, Dominicum vero, locus ad orandum, & sacrificandum paratus, nondum tamen consecratus, ut tradunt Euseb. l. 9. *Hist. c. 8.* & alii. Ad contrarium verius credo cum Duran. *sup. d. n. 3.* ubi latè videre poteris. Unum tamen pro nostra adduco opinione, videlicet quod fuit
 22. dies facer, Dominicus appellatur, quia cultui Domini consecratur, teste D. August. *serm. 15. de verbis Apost. & item Apost. ad Cor. 1. 11.* Cœnatum Dominicam appellat; ita
 23. Dominicum, locum sacrum, Deo dicatum, id est Ecclesiam intelligere necesse est, quod nomen à Deo Optimo Maximo impositum esse probat Euseb. *apertissime in orat. de laudibus Constantiniani: Unde etiam Tempia que erant Deo consecrata, Domini nomen obtinuerunt: quod nomen non ex hominibus, sed ex ipso omnium Domino illis fuit impositum, & propterea Dominica sunt appellata.*

Ex extinde Dominicum, substantivè sumptum, pro Sacrificii
 24. oblatione aliquando fuit usurpatum; ut videre est per S. August. *epist. 86. ad Casulanum*, & alios quos sequitur Durand. *supra, num. 4.*

Exiis etiam Concilium Sanctorum appellatur, juxta illud
 25. *Psal. 88. v. 8.* Deus qui glorificatur in Concilio Sanctorum: juxta *Constituto historum & Congregatione*, que in locum ex hebraico vocabulo *sed*, quod est idem ac *secretum*, & *heda*; quod est Synagoga sive Congregatio, ad quam totus Populus convenire solebat, interpretatur Cardinalis Bellarm. ubi: *Et idè Concilium Sanctorum, pro loco ubi congregatur fidelium multitudo, sæpe sumitur:* ut notavit Baron. *d. n. 127.* & probatur expressissime ex D. Hieron. *Epist. 3.* que est ad Heliodorum, in Epistaphia Neopotiani; ubi ait: *Hæc idem possumus & de isto dicere, qui Basilicas Ecclesie, & Martyrium Concilia diversa floribus, & arborum comis, vitiumque panispinis obumbrant.* Cui adde Bar. in *Mart. Rom. die 23. Junii.*

Unde similiter Martyrium Concilia appellantur loca, ubi
 26. plura sunt Sanctorum Martyrum corpora sepulta, ut videre est in *Martyrologio Rom. ad diem 23. Junii*, ubi: *Rome S. Ioannis Presbyteri qui sub Iuliano Apostata, via Salaria veteri ante simulacrum Solis decollatus est, & corpus eius à B. Concordio Presbytero iuxta Martyrum Concilia sepultum*, ubi notat Card. Baronius *ex Molano*, quemadmodum Ecclesie nomen sui natura importat Convivium Fidelium, & pro loco ipso in quem iidem conveniunt accipi consuevit, ita Concilium Martyrum intelligitur pro loco, ubi multa Sanctorum illorum corpora requiescunt.

Sed & magis proprie Ecclesia Martyrium appellatur; quod
 27. K 3 licet

discep. ver. Basilicæ in eius sint ditione, in cuius territorio adificatur. Hoc idem pluribus in Conciliis statutum est, ut constat ex Sardic. Can. 20. Aquilgransen. l. 1. cap. 113. & 3. sub Pipino Ludovici Pii filio lib. 1. c. 3. & pluribus aliis ad idem propositum: cuius nominis antiquitatem tradit Cresper. v. Basilica. per totum.

Jamque ex dictis patet, hoc nomen peculiariter attribuit Cathedralibus, alii que inferioribus non denegari, sed tamen magis propriè Cathedralibus convenire, & has esse verè Basilicas; ita ut, Cathedralis est, ergo Basilica, rectè deducatur: non tamen è contra: Basilica est, ergo Cathedralis: Quo pacto interpretandi veniunt Hieron. Roman. p. 1. de las Republicas, lib. 4. c. 2. Decian. lib. 6. cap. 2. n. 29. dicentes, Ecclesias inferiores eo vocabulo nominari non posse. Quod idem confirmat Præpos. in c. Non oportet, el. 2. dist. 42. dicens: idè Ecclesias Cathedralis nuncupatas fuisse Basilicas; quia hujusmodi Reges fundate, & dotare consueverunt. Quibus adde Italiam d. lib. 1. c. 5. §. 3. n. 33. Verius tamen contrarium ex supradictis in rigore sermonis credo: sed tamen propriè, ut diximus hoc nomen Cathedralibus competit: nam secundum Præpos. in d. c. Non oportet, quem sequitur Itala n. 34. Basilica est fundamentum aliarum Ecclesiarum, à Baso, basi, idest fundo. Et hac ratione Cathedralis basi, & fundamentum cæterarum Ecclesiarum inferiorum dici debet, ideoque Basilica: unde Basilicarum, & Ecclesiarum differentias rectè repellit Itala ex n. 40. quem omnino videas.

197 Ideoque Basilicani, Basilicarum Custodes appellati fuerunt, apud Augustinum, & Orozum in d. can. perlestiti, ad finem, dist. 25. notat Duran. d. lib. 8.

198 Quia autem de causa Ecclesiæ Basilica nuncupentur, cum excellentiora sint nomina? non abs te erit investigare; cuius rei laborem abstulit Baron. sèpè citatus in notis ad

199 Martyrol. d. die 5. Augusti, ubi ait: Hoc nomen nequaquam abstrahere à Sacra scriptura, nam Atrium illud maius Templi Salomonis, Basilica dicitur: 2. Paralipom. cap. 4. 9. ibi: Ecce etiam atrium sacerdotum, & Basilicam grandem: & ostia in Basilica, quæ textit ere, & c. 6. 13. Si quidem fecerat Salomon vasum æneum, & posuerat in medio Basilica. Quibus addeus est Itala c. 5. §. 3. num. 33. Insuper etiam ut notat Ildorus lib. 1. s. orig. per hæc verba: Basilica prius vocabatur Regum habitacula, & unde & nomen habent, quod verbum derivatur à Græco vocabulo, quod Latine est Regia seu Regalis, ut notavit Selva d. tract. de benef. 1. p. c. 3. n. 4. Quare hoc verius esse puto quam id quod tradunt

200 Rochus de Curte, Mandofius Remigius, Duatenus, & Turrecremata, quos sequitur Spino de Testament. gloff. 2. prin. num. 33. dicentes: Basilicas fuisse sic appellatas à Basilio Græcorum Imperatore, qui primus fuit sepultus in Ecclesia: verisimilior enim est opinio Baronii, ex dictis: cum hoc parum habeat fundamenti: Nunc tamen idè Basilica divina templa nominantur, quia ibi Regi omnium Deo, cultus & sacrificia offeruntur. Tamen licet hoc sit verum, magis probatur, hoc nomen à Gentilibus ad Christianos derivatum fuisse; cum Basilicæ Gentilium in Ecclesiis Christianorum aliquando fuerint mutata; ut Baron. notavit. Quem ritum Hispania nostra recuperata à Maurorum tyrannide observavit nostri Catholici Imperatores, & Reges quando majores illorum Mesquitas, in majores cumque verbas Ecclesias consecrabant, expiatis primò Mahometicis spurcitiis per sacras Romanæ Ecclesiæ ceremonias, & benedictiones; ut videre est per ea quæ tradunt Auctores innumeri, quos longa manu cumular, omnes ferè Hispaniæ Ecclesias enumerans, Arugo in Cathedra Episcopali Cesaravugusti c. 1. §. per totum. Quod gratissimum

204 est Deo Optimo Maximo, ut in locis in quibus dæmonia habitabant, Ecclesiæ ad honorem Dei erigantur: eruditè tradunt Bellinghen. in trac. Ephemerides, seu Calendarium B. Virginis, fol. 140. Surius tom. 2. sub die 16. Martii, cuius morem testatur Aufonius Gallus in Gratiarum actione pro suo Consulatu ad Gratianum Augustum, his verbis: Basilica olim negotiis plena, nunc votis, votisque pro tua salute suscepta, & c. Sed ne aliquis non desit, Ecclesiæ ad idem vultum est, Basilicas apud Gentiles non fuisse idem

quod apud nos Tempia: nam ut scribit Vitruvius lib. 5. cap. 1. Basilica erant loca venalia foro judiciali conjuncta, in quibus habere præsertim publicæ Conciones, & negotiorum Conventus habebantur: juxta quem sensum sumitur in l. Pediculis §. Item cum, el. primo, ff. de auro & argen. leg. & in l. inter stipulantes, §. sacrum, ff. de verbor. oblig. Locus ubi ubi jus dicebatur, Basilica appellabatur. Audi Plinium epist. 21. lib. 5. cum ait: Descendens in Basilicam Juliam audistis quibus proxima comperendatione respondere debebam. Sedebant Iudices, & c. Ad idem Seneca lib. 3. de ira, cap. 33. ait: fremitu Iudiciorum Basilica resonant. Ad idem est textus in l. Basilicam, C. de oper. public.

197 Insuper & alia privatæ erant Basilicæ ad ambulantem constructæ, & magno sumptu ornata, de quibus mentionem fecit S. Hieronymus scribens ad Marcellam, epist. 18. ubi ait: Vbi (Romæ scilicet) infulat Palatii privatorum extructæ Basilicæ, ut vile corporeculum hominis pretiosius inambulet, & quasi in mundo quaquam nihil possit esse ornatius, testis sua magni vellent aspicerè quàm celum. Quarum domorum feu Basilicarum privataram structura in eandem fuisse ferè in omnibus, ac Tempia nostra, paucis mutatis vel additis: vide apud Baronium d. die 5. Augusti.

198 Verùm licet hoc nomen Basilica, Ecclesiæ maxime conveniat, tamen in rigorosa significatione, Consecrata dicitur Ecclesia; Benedicta vero Basilica nuncupatur: 1. Basilicæ, de Conf. dist. 1. Innoc. & Panorm. in rub. de Conf. Eccles. vel Alt. ar. Franc. Marc. dec. 1021. n. 1. Quibus adde Abbas quem sequitur Marius Itala de immunit. Eccles. lib. 1. c. 5. §. 3. n. 25. & iterum n. 30. Verùm sæpè unum pro alio sumi dixit Abbas in rub. de Conf. Eccles. num. 3. Itala d. num. 25.

199 Denique quod attinet ad hoc Basilicæ nomen, optimè & eruditè tradit Marius Itala de immunit. Eccles. lib. 1. c. 5. §. 3. ex n. 30. ubi eorum principium à Romanis, & Gentilibus deducit. Primò enim dicebatur Domus ampla, & spatiosa Causarum cognitioni destinata, ab eo dicta quod Principes eo ad Jus dicendum convenirent: vel loca publica in quibus Judicia exercebantur, venaliaque proponebantur; ibique Judices federe solebant: & hac ratione Senec. de ira, c. 33. Basilicam vocaverunt; & acclamationem, appellat Judicium. Quare Romana judicia ita nuncupabantur, & erant Audentiæ: sic Basilica Pauli, in quam Senatores conveniant, vel Seniores, Basilica Concordiæ dicebatur: alia verò erat quæ Julia nominabatur: alia item dicebatur Porcia à Catone Senforino exedificata magnificè: omnes verò Templo perfimiles erant, ad quas quamplurimè conveniebant, alii causa agendi, alii consulendi.

200 Insuper & hoc nomen attribuebatur viis civitatis, quas Consulares seu Pretorias vocant: de quo est text. in l. 2. §. viderunt, ff. ne quid in loco publico. Et hac de causa Alciac. lib. 2. prætermiss. in eadem Rub. notat, quod hoc vocabulo apud Antiquos, non solum Regium, sed & quidquid magnum etat, donabatur: vide latius apud Italiam. Si autem scire cupias an inter Basilicam, & Ecclesiam, detur differentia aliqua? Dicis quod non: ut latè videre poteris apud eundem Italiam ex num. 33. cum seqq. præcipuè ex num. 40.

201 Superest denique aliud frequentissimum, & nobilissimum Ecclesiarum nomen, Templum scilicet, quo Ecclesiæ vocantur, explanare. Cujus vocabuli etymologia sumitur ex eo, ut Templum dicatur à contemplantando, seu quasi Templum amplum; auctor est Ildorus lib. 1. s. Etymol. c. 14. sed & Varro lib. 6. de Ling. Latina, Templum à tuendo, idest conspiciendo, dicit: quem sequitur Duran. sup. n. 5. Et ea de causa Coelum dictum est Templum, quia primo ipsum intueamur. Vel dicitur Templum in quo Regi Deo sacrificia offeruntur. In quo sensu omnis Ecclesia Templum dicitur; c. Nec quemquam de Conf. dist. 4. Selva d. num. 14. Quod nomen à principio Ecclesiæ usitatum non fuit, ne memoria Templi Judaici conservaretur, ut idem Auctor profertur n. 7. & sup. notavimus. Et ex eodem principio pendet cura, quam habuerit Apostoli, ne Ecclesiam unquam Synagogâ appellarent, ut bene observat Cupers § sequitur text. ibi, Ecclesia d. 1. Multiplicem esse Ecclesiæ nominis significationem, miramur

eius auctoritatem exprimit: n. 8. fol. 111. cum certum sit veteres Patres, postquam ejus memoria delata fuit, promissè ufos fuisse hæc voce Templi, & Ecclesiæ: ut probant verba S. Hilarii Psal. 106. his verbis: Conventus Ecclesiæ, seu Templi, quos ad secretam Sacramentorum Religionem adificiorum septa concludunt, consuetudo nostra vel Domum Dei solita est nuncupare. Et plures alios refert Dur. proximi citatus, n. 6. Unde malè aliqui voluerunt Templum Ethnicis attribuerè, Ecclesiis Christianis: moti ex S. Hieronymo dum ait: Ecclesiæ Christianorum conversas in Tempia: quæ calumnia à Novatoribus hæreticis impudentissimè renovata est, quam tamen excutimus facillimè per ea quæ scribit Baron. Anno Christi 211. tom. 2. Annal. ex num. 5. usque in finem. Tempia item, loca, in quibus Senatus haberi solebat, vocabantur: testis est Cicero pro domo sua,

117 Curia esse sedes ac Templum publici Concilii: idem pro Mlone, Curia est Templum sanctissimum, & c.

118 Sed & in hoc notandum est, quod fisci Gentiles non quibuslibet suorum falsorum decorum fanis Templi nomen tribuebant, ut Marcus Varro de lingua Latina lib. 6. & Aulus Gellius lib. 14. cap. 71. probant: Sed tantum ingentes illas ædificios, vastasque & amplissimas publicorum ædificiorum structuras hoc nomine donabant, ut ex Atrobio probat Baron. dicit. Anno 211. num. 6. sic & etiam apud Christianos non quilibet Ecclesia, sed tantum illa,

119 quæ structura, majestate, & amplitudine alias antecellit, Templum nominatur: ut observat Thomas Bozzius de signis Ecclesiæ, signo 93. lib. 22. num. 48. quæ in Christianitate edificari ceperunt, statim ac Imperatores Christiani facti sunt habenas Imperii; idest tempore Constantini, de quo supra egimus; & consonat Baron. num. 7. cum usque ad id temporis, licet Christiani ad suos conventus Ecclesiæ haberent, perexiguum tamen semper fuerant: Templum enim Latino sermone correspondet hebraico hecebal, idest Palatium splendidum: licet Tempia pro ædibus sacris sumerent: ut probat Virgilius 6. Aeneid. Troicos vocat alta in Tempia Sacerdos. Cui consonat Ovidius 2. de Artescùm Nec fuge Niligenæ Amphipytica Tempia loenca. Omitto plures hujus vocabuli, Templi, significationes, secundum quas aliquando Domus Oratorum dicitur, 2. Par. 6. 21. Matth. 21. 11. Patris domus, Joan. 2. 16. singuli etiam Fideles, Templum Dei nuncupantur, 1. Cor. 3. 16. & ad Eph. 2. 21. quas necessarias esse ad nostrum institutum non duxi, idè libenter illas omittam.

120 Sed usque adèdè plura de nominibus Ecclesiarum in eorum differtim, restant alia de nominibus Cathedralium speciatim disputanda. Et in primis Ecclesiam dici in prima ejus vocabuli significatione ostendimus; Cathedralis verò non simpliciter hoc nomine appellatur, sed Sanctuarum Ecclesiarum, particulari attributo demonstratur; ut probat Arbuleta in practica de Sacramentis, titulo de Sacramento Extreme Unctionis, notabilis 20. pag. 605. & de eo est optimus textus, quem apud nullum inveni in can. Joannes Chrysost. 50. dist. 11. Cujus rei rationem etiam apud nullum reperi, sed eam ex proprio Marte sic investigandam esse censuo.

121 In primis existimò, sicut Credentibus in Christum datum est nomen peculiatè, sicut Christiani appellarentur, ita eisdem cognomen inditum est, ut & Catholici nominarentur, per quod Catholici Christiani nuncupantur; ut notavit Baron. Anno Christi 43. num. 17. ita Cathedralis non simpliciter nomine Ecclesiæ, sed Sancta Ecclesiæ, ab aliis distinguuntur; non eo modo quo Baronius Catholicos à Christianis voluit, sed ad denotandam differentiam: poteram etiam dicere Ecclesias Cathedralis idè Sanctas appellari, ut Analogum per se sumptum sicut pro nobilitate significato; ac hoc Romane tantum Ecclesiæ est attributum seu nomen, quæ nobilitèr est Mater & Magistra Urbis & Orbis; quare ex alio principio investigare veritatem hanc oportet.

122 Ad cuius rei intelligentiam observandum est, quod initio nascentis Ecclesiæ, Christiani Sancti nominabantur, ut constat ex S. Paul. ad Christianis scribente, ad Rom. 1. ibi: Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis.

Et alibi, eadem Epist. cap. 13. ait: Proficiat vos saltem ministrare Sanctis. Insuper 2. Cor. 13. Salvant vos omnes Sancti. Et ad Philipp. 4. Salvate omnem Sanctum. Cui consonat illud Luca in Actibus Apost. 9. Factum est, ut Petrus pertransiret universos, descenderet ad sanctos, qui habitant Lydda. Et infra cap. 26. Multos Sanctorum ego in carceribus inclusi. Quem usum antiqui Patres observarunt. Ad verò postea obrinuit usus, ut illi tantummodo Sancti dicerentur in Ecclesia, qui eminentiore probatioque fulgerent sanctitudine; Auctor est Baron. Anno 43. n. 15. Ex quo praxis inolevit, ut actus Canonizationis, in Sanctitate, idest in excellentia vite illius qui canonizandus est, fundaretur: cap. Venerabilis, ubi DD. de testib. & notatur etiam communiter in cap. 1. de Reliq. & vener. Sancti. quare sanctitas est perfecta & ab omni immunditia libera, & expurgata, sive omnino immaculata munditia, secundam Dionys. cap. 12. de divinis nomin. vel secundam D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 3. in respons. ad. 1. F3 quædam generalis virtus complectens omnium virtutum actus, quos per imperium ordinat in bonum divinum, hoc est refert in Deum omnium virtutum opera. A qua denominatione Sanctus ille dicitur, qui in singulari virtutibus excellit, seu excellentiam habet: secundum Collectam in cap. 1. de Reliq. & vener. Sanctorum. Ad idem vide Contilor. de Canonizat. Sancti. cap. 14. numer. 3. & 4.

130 Liqueat ergo propriè Cathedralibus convenire hoc appellativum Sancta Ecclesia; cum licet omnes sint Sanctæ quæ ad Deum pertinent, tamen sicut Sanctus tantum dicitur propriè ille, qui longe alios virtute antecellit, ille qui ab omni immunditia libera est, & sanctitas est generalis virtus omnes complectens: ita Sancta per excellentiam appellari debet Ecclesia Cathedralis, quæ præ cæteris tantquam mater excellit, & ab omni immunditia expertis libera est, quæque generaliter propter sui magistrum, & superioritatem in omnes inferiores, omnium iura, & prerogativas in se continet, & eas tanquam Magistra, & Patres ad omnem spirituale profectum dirigit; præcipuè aut in hoc nomen, Sanctus, nomen fuerit semper honoris, ut apud Græcos notavit Plurarchus de Oracul. defect. infine, quem sequitur Baronius dicit. Anno 43. n. 15.

131 Secundo etiam Sancta dicitur Cathedralis Ecclesiæ, quia licet Ecclesia Catholica multiplici ratione Sancta dicatur à Domino nostro Jesu Christo ejus Sponsa, à qua omnis sanctitas in eam derivatur, ut sequenti quoque ratione dicemus; & de pluribus rationibus vide latè Rodolphum Cupers in repetit. text. in can. Oportebat, 79. dist. in §. Modo capitur examinanda in text. dictio sequens, ibi, sancta, verfic. Sanctum quod esse, quomodo sumatur, num. 13. fol. 96. tamen ea ratione dicitur Sancta, quia Ecclesiæ sanctitas præcipuè respicitur in sacrificiis, in votis, in ceremoniis & singulis ministeriis, quæ in Cathedralibus magis magnificè quàm in aliis resplendent Ecclesiis inferioribus; unde fit ut præ cæteris hujus nominis prerogativa insigniantur.

132 Ex quibus benè deducitur, quod quocumque in aliqua Dicecesi seu Episcopatu Sancta Ecclesia nominatur, sive Ecclesiastantum, de Cathedrali intelligitur: ut probatur 5. Reg. 8. v. 14. ibi: Converterit Rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesiæ Israël: ubi Ecclesia non sumitur pro singulari de populo, sed pro Capitibus, & Majoribus; ut etiam ad Eph. 3. probatur ibi: Primotestet Principibus, & Potestatibus per Ecclesiam: ubi Glossa addit. 1. ait: Per Apostolos in Ecclesia prædicantes: sequitur Cupers, ubi supra art. 1. Multiplicem esse Ecclesiæ nominis significationem miramurque eius auctoritatem, exprimitur; n. 11. fol. 112.

133 Ex quibus jam intelligitur, quare hunc speciosum, & honorabilem titulum Romani Pontifices Cathedralibus attribuerint; Romane verò Ecclesiæ, quæ Mater, & Magistra est totius Christianitatis, cap. Sacrosancta, 22. dist. 1. Inter clamas, Cod. de Sum. Trin. non folum debetur hoc attributum commune Cathedralibus omnibus totius Orbis, sed illam sicut Caput omnium particulari nomine insigniri congruebat, atque ita non Sancta tantum, sed Sacrosancta Romana Ecclesia appellatur: Rodolphus Cupers

Cupers in d. repetit. text. in cap. Oportebat, vers. Subinde textus habet ubi sacrosancta, in argumento, cuius titulus est, Canonis huius textus dicitur, & c. n. 2. 79. distinct. ubi rationem adducit.

137 Tertio, Cathedralis, Sancta Ecclesia idem nominatur, quia universalis Ecclesia, cuius Christus Dominus Caput est, ab ipso fundata fuit, idem dicitur in Symbolo Apostolorum, Credo; videlicet, in Viam Sanctam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam. Hic autem articulus qui de Ecclesia universalis loquitur, prout est omnium Fidelium Collectio, in quo sensu accipitur in can. Ecclesia, 8. de Consecrat. distinct. 1. l. pen. c. de sacros. Eccles. quae prorsus sine macula vel ruga est, can. Ecclesia 70. de Consecr. distinct. 1. Cathedralis maximè comprehendit, eo quod vocatur in partem sollicitudinis Pastoralis præcedentibus: (Cui sancta Ecclesia universalis, Ecclesia malignantium opponitur: de qua in Psal. 25. Odiu Ecclesiam iniquitatum, & cum impiis non sedebit: cecinit Regius Vates, ut statim dicemus;) quae idem una dicitur: ut Apost. Paul. ait ad Eph. scribens 4. 4. Unum Corpus, unus

138 Spiritus, sicut vocati estis in una spe, vocacionis vestrae, unus Deus, & Pater omnium. & c. Vna enim est, ut ait Cant. 6. 8. Columba mea, speciosa mea: una etiam fides, unum Baptisma; ut ait Apost. Quae unitas ad unum Caput spectat, id est ad Romanum Pontificem D. Petri Principis Apostolorum, & Ecclesiam universalem Nauclei successorem, & Jesu Christi Vicarium, ut S. Hieronymus contra Iovinianum in medio Epist. 32. ait: Vnus eligitur, ut Capite constituto schismate tollatur occasio: soli enim Petro dictum est: Tu es Petrus; & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam: & ra super illud Unum aedificatur Ecclesia sancta Dei, cuius sanctitas in Cathedralis tanquam præcipua membra Ecclesie universalis diffuit. Vide plura in explicatione symboli, in Catechismo Rom.

142 Insuper & Sancta dicitur Ecclesia, ad differentiam Conventus hæreticorum, qui Ecclesia malignantium dicitur: magno enim discrimine distat Ecclesia nostra Sacrosancta, ab illa: ut Psal. penult. legitur, ibi: Laus eius in Ecclesia Sanctorum est Ecclesia Catholica: Ecclesia Sanctorum non est dicenda Ecclesia Hæreticorum: sancta enim est, quia Deo consecrata, iuxta illud D. Pet. Epist. 2. 9. Vos autem genus electum, Gens Sancta: quae idem hoc nomen meruit: quia velut unum Corpus cum Christo eius Capite, Sanctitatis fonte, conjungitur: ut Apost. ait ad Eph. 2. 20. & 21. Ergo iam non estis hospites & advena, sed estis cives Sanctorum, & domestici Dei: super aedificati super fundamentum Apostolorum, & Propetarum, ipsos namque Angulari lapide Christo Iesu: in quo omnis aedificatio constructa crescit in Templum sanctum in Domino; in quo & vos coaedificamini habitaculum Dei in spiritu. A quo Capite Spiritus sancti Charismata, & omnes divinae bonitatis divitiae diffunduntur: ut S. Augustinus in Psal. 85. v. 2. super illud: Custodi animam meam quoniam sanctus sum; declarat. vide plura apud Rodolphum Cupers in repet. text. in d. can. Oportebat, 89. dist. d. s. Sanctum quid esse, quomodo sumatur, & c. fol. 95. per totum.

145 Non solum autem Sancta, verum etiam Catholica Ecclesia nuncupatur, id est Universalis, & Romanum Pontificem universalem habet Pastorem: cap. Fundamenta, eap. In nomine Domini, 24. dist. Joan. Selva de Benef. 9. 5. num. 5. in fine. A solis ortu usque ad occasum; ut inquit D. August. Serm. 131. & 131. & abbi. Quare scriptum est in Apo. Rom. 5. 9. & 10. Redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua; & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro Regnum. Cui consonat Regius Propeta Ps. 2. v. 8. Possidit a mo, & dabo in hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: ut etiam explicatur in Catechismo.

146 Præterea Catholica appellatur, ut ab Ecclesia malignantium hæreticorum distinguitur, quæ universalis esse non potest: hæc enim vox Catholica à Græco vocabulo sumitur, quod idem est ac Universalis: Quintil. lib. 2. cap. 23. ubi præcepta perpetua vel universalia, Catholica appellat: quare Medici medicamentum, quod universis humoribus evacuandis ministratur, Catholicon appellatur. Unde

Dominus in Evangel. Marc. ultim. cap. dixit: Euntes in mundum universum, predicatæ Evangelium omni creaturae. Et infra: Illi autem prædicaverunt ubique. Noltra igitur Ecclesia non unius tantum regni terminis, aut uno hominum genere circumscriptur, sed per universam orbem diffusa est: unde & Catholici Christiani nuncupantur; ut ea discriminatione nominis ab hæreticorum conventiculis cognoscatur esse distincta: ut egregie Pacianus contra Novatianos scribens ad Simpl. ait: Christianus, mihi nomen est, Catholicus verbò cognomen: illud me nuncupat, istud ostendit; hoc probat, inde significat: & siredenda de postremo Catholici vocabulo ratio est, & exprimentia Græcæ, interpretatio Romana, Catholicus ubique unum: vel (ut doctiores putant) obedientia omnium nuncupatur. Et paulo post: Ergo qui Catholicus, idem obediens: qui obediens, idem est Christianus, atque ita Catholicus Christianus. Circa quæ vide Card. Baron. Anno Christi 45. n. 17. vide latè S. Iud. lib. 1. de offic. ubi multas rationes adducit.

Sed & Apostolica nominatur Ecclesia ex origine etiam; quàm revelata gratia ab Apostolis dicit, à quibus in omnem terram exivit sonus, & per quos fundata fuit: c. Arcetia ergo fide, 24. q. 1. Quare ut omnes intelligerent, quænam esset Ecclesia Catholica, Patres in Symbolo divinitus hoc nomen Apostolicam addiderunt, quia Spiritus sanctus eius gubernator & rector, non per alios Ministros quàm per Apostolos illam plantavit: ut adverte idem Catechismus Rom. quod probatur ex illo Marc. ult. cap. ubi loquens de Apostolis, ait: Illi autem prædicaverunt ubique, quod Paul. confirmat ad Rom. 1. ubi: facta vestra annuntiat in universo mundo. Et idem in Nicæna Synodo, Ecclesia appellatur Catholica, ex hæc ratione: notat Cupers §. Sequitur text. ibi: Romana, art. 3. Romanam Ecclesiam ex pluribus Catholicam appellari demonstratur, fol. 107. per totum, ubi quam plurima facti digna compertes. Unde Apostolica Traditionis auctoritatem habet, in cap. Ecclesiasticarum, 11. distinct. quia ab Apostolis, qui Ecclesiam plantarunt, derivatur; & idem Ecclesia Apostolica nuncupatur: Cupers §. Ordinem Ecclesie ad complura scripsit, numer. 32. & 33. ubi Archid. in c. post appellationem, 11. q. 6. latè idem Cupers §. modo sequitur text. ibi, huius dictionis in plura significat. art. 1. Quare Ecclesiam Apostolicam, & Papam Apostolicam nuncupari conveniat, & Regularis Apostolica sequi instituta dicantur, fol. 172. per totum, & §. Explicatur de Caranibus quædam ad nomen attinet, num. 38. fol. 214.

Quibus non adveatur text. in c. Quamvis, 21. distinct. ubi Gelasius Papa ait: Quamvis universa per orbem Catholica Ecclesia una thalamos Christi sint; Sancta tamen Romana Catholica & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis Constitutionibus ceteris Ecclesiis prelatæ est, sed Evangelice vocæ & c. Ecce quomodo particularis Ecclesia, Catholica appellatur. Cui respondetur, particularis Ecclesias ubi nominat Catholica, non ratione extensionis, vel diffusionis, sed ratione communicationis, quàm cum Ecclesia universalis retinet, cuius disciplina consistunt, & ab illa reguntur tanquam Mater & Magistra omnium, c. de rella, 24. q. 1. c. Hec est fides, ead. cau. §. q. ita Cupers d. s. Romanam Ecclesiam ex pluribus Catholicam nuncupari demonstratur, num. 26. fol. 110.

Unde jam liquet quare Cathedrales Sancte nominentur Ecclesie: ex eo videlicet; nam idem Ecclesia Vna est, quia omnes ad illam unam reducantur, & ad unum Caput quod est Christus Dominus Sancta, quia Ecclesia est Sanctorum per participationem sanctitatis eiusdem Capitis; à quo omnis emanat, & derivatur sanctitas; Catholica, id est universalis, ad differentiam hæreticorum; Apostolica denique ab eius origine, & principio plantationis, id est ab Apostolis qui eam plantarunt: at Principes illi Episcopatus instruerunt; à quibus Cathedrales quæ superiores, Matres, & Magistræ sunt inferiorum, originem sumpsit; ut cap. 2. probavimus sup. ergo merito Cathedrales Ecclesie per excellentiam huiusmodi cognomen debetur præ ceteris inferioribus, sicut Romane tantum, & non alius: illud Sacrosancta attributum concessum est: nam sicuti ab Ecclesia Principato Ecclesie decernitur Senatus,

tus, c. Ecclesia, 16. q. 1. Cupers §. In divinum multiplici accipitur sensu, n. 1. fol. 7. ita hoc prænomen, à Principatu Cathedralium, eidem attribuitur.

155 Tertio, Cathedrales, quando nominantur intra fines suarum Diocesium, sancta Ecclesia in abstracto nuncupantur. Itaque quotiescumque sic nominantur invenimus, cui correspondet in nostro vulgari Hispano sermone Las santas Iglefias, pro Cathedrali accipiendum est; ea ratione, quia cum sermo sit de Ecclesia non universaliter sumpta, sed de Ecclesia prout est particularis, id est Congregatio totius Diocesis, analogum hoc stat pro nobilitati significato, c. Quamvis, el primero, §. Quamquam, cum ubi notatis, de preben. in 6. cum aliis adductis à Franc. Marco dec. 526. num. 2. & dec. 1123. num. 6. in fine: & ita pro Cathedrali: Gambar. de offic. Legat. lib. 10. ex num. 270. cum segg. quare sic accipitur in c. Nullus Primas, 9. q. 3. c. 1. c. penult. de Magistr. Monet. de Commut. ult. volut. c. 1. n. 16. ea ratione, quia Cathedralis Ecclesia magis religiosa est quàm ceteræ omnes intra Diocesium existentes, quia illi principaliter præest Episcopus qui alios sanctitate, & religione præcellere debet: cap. Vltimus, 1. q. 1. & probat Cosmas Guimier in pragmat. sanct. tit. de collation. §. Ita quod parochialis, verbo Cathedralis, pag. 227. col. 2. Quinimò sub nomine Ecclesia abque alia expressione, vel additione particula Cathedralis, antonomastice intelligitur Cathedralis: juxta antiquum stylium Curie Romanæ: de quo Rota dec. 233. num. 4. & 13. p. 1. divers. Gratian. dist. 893. num. 32. Plures apud Barb. de Canon. cap. 2. nu. 6. per text. in c. Accipimus, ubi Glof. ver. Maiores, de etat. & qual. cap. 1. de preben. cap. Cum Clericis, ubi Glof. Ecclesia, de verb. sig. Clem. in plerisque, de elect. plures apud Rotam dec. in Casarugustana Cathedralitatis 1. Aprilis 1630. coram Cocco, n. 62. in tom. 5. recent. dec. 353. & dec. 233. par. 1. in noviss. divers.

158 Insuper & quædam Cathedrales, sicut eorum Episcopi à nomine Diocesis, id est Civitatis, intuluntur, inferioris verò à nomine Sancti, cui dedicatae sunt; Franc. Marc. dec. 526. n. 2. & dec. 123. n. 5. tom. 4. ubi num. 6. dicit ita de stylo Curie Romanæ observari, aliàs litteræ sunt subreptitæ. Itaque cum Cathedrales semper constituantur in majoribus urbibus, c. In illis, 80. dist. cum omnibus que longa manu sup. cap. 4. cum de loco, ubi edificari debeant, reutilimus, ab illa Civitate nuncupantur; sic Ecclesia Casarugustana Metropolis nostra nuncupatur à Casarugusta, ubi sita est: Valentina à Valentia, Tolotana à Toloto, & sic de ceteris: sed verum est, licet Civitas, & Ecclesia Civitatis sint res omnino distinctæ; nam aliud est Urbis quàm Civitatis Romana, Baron. Anno 45. num. 18. Quæ ratio ubique quæ eodem titulo mentio fit de Ecclesia, de Episcopatu accipitur; quando verò de Parochia, non de Ecclesia Parochialis, sed Diocesis, ejus appellatione venit: & sic interpretandus est text. in c. 2. de Cleric. non resident. Lot. de reb. benef. lib. 3. q. 27. num. 53. Ad idem est optimus text. in c. de Constantinopolitana, 22. dist. melior text. in c. Antiqua, de privil. latè Moneta, supra, n. 16.

162 Verum in hoc excellentiores sunt Cathedrales; nam licet verum sit quod nomine Ecclesia, ex solum intelligantur; tamen hoc procedit in materia favorabili, non verò in odiosa. Quamvis, de preben. lib. 6. Oldradus conf. 21. in fine, num. 4. vers. non obstat: Fulgof. conf. 120. col. fin. vers. secundo; nam sicut Roma non venit, nisi de ea expressa fiat mentio, Clemens, volentes, de heret. quæ prohibet Inquisitoribus sibi applicare bona Ecclesiarum, non comprehendit bona Ecclesie Romanæ: latè Caldert. conf. 492. circa medium, vers. item appellatione. Card. Tule. pract. Concl. lit. E, concl. 18. per totam. Sic etiam appellatione Cathedralis, in odiosis, non veniunt Metropolitanæ, nec Patriarchales: Azot. Instit. moral. d. p. 2. lib. 9. c. 3. q. 14. v. si queratur. Quæ doctrina procedit quando indefinitè profertur: non autem cum verbis universalibus, & geminatis: quo casu si fiat mentio de Ecclesie provincie, venit Cathedralis sub tali appellatione etiam in materia restringibili: c. quamvis, §. Quamquam, ubi Gemin. 5. not. ab. Franc. num. 1. de preben. in 6. Rota d. dec. 233.

ex num. 7. cum segg. ubi latè in novissim. divers. quædam quæ enim non potest appropriari nomen ratione alioquin Adjuncti, vel subiectæ materie, intelligitur nomen de Ecclesia majori: Panormit. in Clement. 1. de sent. excommunic.

Uterius & quintò, Cathedrales Ecclesie Matrices nuncupantur, c. Venerabili, ubi Glof. de verb. sig. quia Matres sunt, & Magistræ totius Episcopatus: Matricis enim Ecclesie nomen varias habet significaciones, & intelligi debet secundum subiectam materiam, ut optime consideravit Rota dec. 272. num. 2. in recent. Farin. p. 1. interdum enim, & largo modo dicuntur Matrices eæ que habent alias Ecclesias sibi subiectas, ut per plures quos sequitur Barb. in Collect. ad text. in c. Ad audentiam, el primero, n. 7. de Decim. Azot. Instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 12. q. 13. & lib. 9. c. 3. in fine. Ex qua significatione sumpsum est, ut largo modo Matrices appellentur Ecclesie Parochiales, ut affert Zerola in praxi, verbo Matrices, c. 1. c. Transmissa, de prescrip. quæ alias habet sub se, quæ idem dicuntur Matrices; quia sicut mater generat filios, ita in eis renascitur per Baptismum: Glof. verbo Matricem, in Clem. 1. de sent. excom. Rota d. dec. 272. n. 2. licet enim non propriè, tamen respectu inferiori quas sub se habet, solet Matrix appellari, iuxta modum loquendi Juris: id est text. in d. c. Ad audentiam, el primero, de Eccles. edific. c. Ex transmissa, de prescrip. c. Præterea, el 2. de transact. & d. Clem. 1. de sent. excom. Tamen propriè sumpta Ecclesia Matrix simpliciter dicta, Cathedralis significatur; nisi qualitas materie aliud exposuisset: juxta text. in c. Venerabilis, in fine, de verb. signif. c. Ex transmissa, de prescrip. Panorm. in c. Ex parte, el segundo, de rescript. num. 1. ad finem, Rebus. tract. de Decim. q. 6. n. 6. & 7. Suar. de Relig. lib. 1. c. 24. nu. 2. Monet. tract. de Decim. c. 7. n. 3. Glof. in Clem. 1. verbo Matricibus, §. Quibus, de privil. Paul. Fulcr. de Vis. lib. 2. c. 2. nu. 4. optime Sayrus in Theaur. Casu. Conf. lib. 3. c. 33. n. 46. Tondur. de Sanleg. par. 1. quest. & resol. benef. c. 46. num. 10. pluribus relatis docet Barbos. in collect. ad text. in Clem. 1. de sent. excom. latè omnia supra dicta confirmans Daniel de Nobilibus contro. lar. disp. 44. ex n. 1. Ex quibus prima Matrix Romana Ecclesia, quæ omnium est Mater, appellatur; Cathedrales verò respectu illius, secunda Matrices, respectu verò totius Episcopatus, prime appellantur: Glof. optima in l. Decernimus 15. verb. Matrices, c. de sacros. Eccles. Et ex ea notavit passim ut solet Barbos. in Collect. nu. 5. Quare propriè Ecclesia Cathedralis, Mater, & Parochia generalis totius Diocesis appellatur: cap. Apostolica, ubi DD. de donat. Chaffan. in Catal. glor. mun. inf. §. conf. 35. ratione 5. fol. mibi 97. col. 1. & latius dicemus sup. cap. 20. de Parochia: ubi quæ Jura circa Sacramentorum administrationem Ecclesie Cathedralibus competant, late disputabimus.

Sed licet hoc verum sit, tamen appellatione Matricis non comprehenditur Episcopus, nec Clerus, nec Capitulum, sed accipitur pro Templo materiali: quod servatur in Interdicto. Glof. d. verbo Matricem, in Clem. 1. de sent. excom.

Maior insuper Ecclesia Cathedralis nuncupatur, quod de majoritate, & superioritate respectu inferiorum et subiectarum ex lege Diocesana accipitur. c. Sacrorum, §. licet, dist. c. Antiquus, 10. quest. 1. Invo. in c. Cùm Clericus, de verb. signif. Franc. Marc. dec. 1123. n. 2.

Sed & Cathedrales ab Episcopo ejus Capite in ea sedente nominantur: de quo vide text. in cap. Renovantes, 21. dist. Azot. Instit. mor. 2. p. lib. 9. c. 4. dub. 14. Paris. de Constat. q. 15. ex num. 3. cum segg. Rebus. in Concord. tit. de Collat. §. 1. ver. statumus: Tond. de Sanleg. quest. & resol. benef. p. 2. c. 2. §. 1. num. 4. Isidor. Moscon. de maief. milit. Eccles. lib. 1. cap. 15. in princ. qua ratione Sponsa Episcopii nuncupatur à Romano Pontifice, in c. Cùm inter Canonicos, de Elect. c. Inter corporalia, de translat. Episc. cap. Sicut vir, 7. quest. 1. Unde dubitari potest an Ecclesia Cathedralis dicitur Ecclesia Episcopi? quod ita distinguentium est enim dominium spectes, negativè respondetur, cum sit Dei; juxta illud Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Eccl-

Ecclesiam meam: juncto Joan. 12. ubi: *Pasce Agnos meos, pasce Oves meas*. Tamen distributive spectat ad Papam, & ad alios Praelatos five beneficiorum Titulares, juxta doctrinam Cosmae Guimier. in pragmat. sanction. in proemio, vers. nostra: *Alamitani de Visitat. verbo, propriam Dialectum*.

179 Ex dictis etiam Cathedrali Ecclesiam Episcopalem nominare voluerunt Flamin. Paris. de Confid. d. q. 15. ex n. 1. & alii apud Barbof. de univ. Iure Eccles. lib. 1. c. 8. ex n. 48. ob honorem *Cathedrae Episcopalis*; quia ibi Sedes Episcopalis sita est: Archid. in c. Statutum, col. 1. de rescript. DD. in c. Ne pro defellu, de elect. Paris. & Barbof. ubi proxime. Qua ratione Episcopus recipit ab inferioribus Cathedraliticum: c. Conquerente, de offic. Ordin. c. Pastorialis, de donat. c. Placuit, 10. q. 1. Quod licet verum sit, potest tamen intelligi, ita videlicet, ut Ecclesia sumatur vel ut est Sedes Episcopi; vel ut Ecclesia majoris Capituli; ex notatis a Glos. in *Clemen. 1. ver. Matricem, de sent. excomm. modo quo differt Mensa Episcopi a Mensa Capituli, & Episcopus a Capitulo*: ita ratiocinatur Monet. d. tract. de Decim. q. 7. n. 2.

183 Quare Cathedralis Ecclesia nomine Cathedralium exprimitur, c. 1. de rescript. c. Venerabilis, de verb. signif. non vero illius Sancti, sub cuius nomine aedificate fuerunt: & hoc ob eam excellentiam; quod pro particulari praerogativa notatur Camillus Borrellus in *summa dec. tom. 1. tit. 2. de sacros. Eccles. num. 44.* Barbof. de univ. Iur. Eccles. lib. 1. c. 8. num. 49. Et sic licet de Jure, ad effugiendum vitium subreptionis, necessarium nomen Sancti, sub quo intitulatur Ecclesia in qua beneficium situm est, exprimi debeat, & tradunt DD. committunt in *cap. quavis, de praebend. in 6. Flamin. Paris. de rescript. benef. lib. 10. c. 2. num. 22.* Tamen non expressio Sancti, in cuius honorem aedificata fuit Cathedralis, non vitiat gratiam: Rota in *una Firidamen. Canonatus, & praebende, coram Martino de Espinosa*. Cujus auctoritate, eam opinionem amplectuntur Paris. ubi proxime, n. 23. Barbof. d. cap. 8. m. 49. licet contrarium doceat Menoc. de Arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 201. n. 134. Quae doctrina ex aequitate magis procedit, quam ex rigore Juris ex Castaloro. & Menoc. quos refert Paris. numer. 24.

185 Metropolitana vero Ecclesia non solum nominibus quibus supra, verum & altiori titulo nobilitatur: appellantur enim Archiepiscopales, in *l. unica, ubi Glos. & DD. Cod. de Metropol. Beryti, lib. 11. c. Vi litigantes, de offic. Ordin. in 6. licet largo modo Cathedralis etiam eas appellet Rebus. in Concord. rubr. de Collat. §. 1. v. Metropolitana, fol. 147. & 164.*

187 Denique Cathedralis in aliquibus partibus, *Domus* appellantur, veluti in Italia, vulgariter *il Domo*, quod ex eo habere principium existimo, quod sicut Palatium absque alia expressione, intelligitur de Principis habitaculo, quod satis per antonomasiam, & excellentiam demonstratur, ut ex pluribus observat Camil. Borrel. de Reg. Cathol. praest. c. 23. n. 21. ita Domus Domini, quae est Ecclesia Cathedralis, & Palatium Principis supremi, & Domini Dominantium, satis per *Domum* simpliciter significatur.

188 Nec sine magna ratione, particularia haec nomina Cathedralibus attribuantur; cum ipsiusmet Petri Cathedralium Parentis nomen mutatum fuerit: *Matth. 10. Duodecim Apostolorum nomina sunt haec, Petrus &c.* ut ait ibi Glos. quia voluit Dominus Apostolorum Principem alio nomine vocari, ut ex ipsa commutatione nominis, Sacramenti vivacitas commendaretur. Et ideo Joan. cap. 1. dicitur: *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*: ut notat Capers §. sequitur text. ibi. *Culmen, art. 5. Apostolice Culminis hanc perpetuam in Ecclesia sunt permanentia, n. 1. fol. 193.* Ex quo de facili cognoscitur, quare D. Petri Successores suas Cathedralis particularium nominum nobilitate illustrant, quibus secundum Juris dispositiones hic honor debetur, cum illustrius nomen digniori parti sit imponendum: Glos. in *l. 1. §. Apud Labonem, ff. de aqua pluvia arcenda, & ex l. 1. ff. de verb. oblig. & ex etymologia nominum Cardinalium, & Episcoporum tradit idem Cu-*

pers §. sequitur text. d. art. 3. quomodo Dominus Cardinales a D. Petro esse institutos intelligatur, n. 3. fol. 228. Nam haec praerogativa immutandi nomen in Petro, signum fuit particularis honoris; sicut & antiquitus his immutatum est quos Principes Deus fieri voluit; & ab ipsis Principes ortum habuerunt: ut de Abraham, & Jacob patet, qui vocatus fuit Israel, quorum nepotes Jure divino, sicut ipsi, praefuerunt Ecclesiae Dei in terris, ut notavit eruditè Bozzius de sig. Eccl. lib. 18. sig. 80. cap. 1. in princ. ita ut ipsi, & nostris Cathedralibus, in particulari praerogativa nominum specialium, conveniat illud Oraculum, *Vocabitur tibi nomen novum quod Dominus nominavit*: de quo Bozz. ubi proxime.

Nominibus igitur his honorificis correspondere debent effectus: Argum. text. in *cap. Clericos, 21. dist. juncto text. in cap. Clericos, 12. q. 1. cap. Padenda, 24. q. 1. observat Valenz. concl. 82. n. 75.* unde mirum non est, quod sicuti nominibus his specialibus nobilitatur Ecclesia Cathedralis, effectibus, id est specialibus praerogativis, & praerogativis etiam decoratur: de quibus in *praesenti Tract. age. de decretimis. Quae nomina specialia inferioribus Ecclesiis permitti a Superioribus nullatenus debent, ex sententia Dionis Cassii lib. 52. dicens: Optimum vero, inimicitias omnes, & ambitiosa certamina profus excindere, nec nomina nova, aut aliquid ex quo oriri diffidia possint permittit. Cuiusdam plura congerentem de novitatibus, & earum damnis, Valenz. con. 70. num. 78.* nomina ergo haec specialia non sine causa Cathedralibus concessa sunt, quandoquidem ex eis privilegia, splendor, & praerogativae earum designantur, cum certum sit ideo Angelis illustria quaedam nomina accommodari, ut per vocabula significetur quid etiam in operatione valent: teste S. Gregorio hom. 34. in *Evangelia, ante medium*.

Jam ergo ut omnis confusio evitetur circa praesentis Cathedralis dispositionem, sciendum est, plerumque etiam Cathedralis denominari non solum nominibus superius relatis, sed etiam aliis appellativis nobilitari, eo modo quo Ordo Episcopalis consideratur secundum quod est Officium exercendi omnia quae ad Sacramentum Ordinis pertinent: quo modo vocatur Ordo, quia habet Episcopus potestatem omnium Ordinum; de quo in *salutatione Sexti Decretalis*, est Glos. *verbo Patriarchis, ad finem*. Unde contigit dubitari, an Patriarcha Constantinopolitanus possit appellari *Romanus*: Et licet verum sit non posse assumere illud nomen, quia tantum Summus Pontifex est Patriarcha Romanus, ut per *text. juncta Glos. in cap. Antiqua, de privi.* tamen ex eo quod Cathedra D. Petri ibi fuit per aliquot annos, Constantinopolis vocatur secunda Roma; Et hac ratione copulative potest appellari eo modo quo etiam denominatur Archiepiscopus: *cap. Statuimus, 4. dist. cap. ult. dist. 22.* & ea ratione Cathedralis sicut Episcopi ab eorum principatu nomen desuntum: quare sicut Constantinopoli, praerogativa sui Patriarchae competunt in hoc honorario nomine, ita ut *Roma secunda* vocetur, ita etiam Ecclesia, quae fuit Cathedralis, honoraria privilegia retinet nominis; eo modo quo Archivium retinet privilegia talis Ecclesiae quae fuit Cathedralis: de quo quoque optima decisio *Merlini 264. per totam, praecipue n. 8.* loquens in Archivio Monasterii Montis Cassini: sic etiam Ecclesia Conventualis, & Collegiata vocat *Cathedralis*, Monet. de *Comm. ult. volum. cap. 11. n. 36. pag. 1461.* eo modo quo Ecclesia Collegialis, Conventualis seu Monasterium denominari potest ex privilegio quod habent Mendicantes Collegiatarum, ut probat Rota apud Mant. dec. 9. n. 4. & §. de dec. 64. n. 2.

CAPUT XVI.

De Capellis Ecclesiarum Cathedralium.

S V M M A R I V M.

Initio Christianitatis quomodo celebrantur Sacra, 1.
Oratoria portatilia quomodo fiebant, 2.
Capella

Capella unde dicitur, 3.
Capellam Beati Martini ubi collocabant Reges Francia, 4.
Capellam unde dicti, 5. & 21.
Capella etymologia, 6.
Capella verbum quibus modis sumatur, 7. 9.
Capella quando dicitur Ecclesia, 8.
Oratorum principia, 9.
Capella quae dicitur, & ejus definitio, 10. & 34.
Altaria erigendi origo, 11.
Altare unum tantum in qualibet Ecclesia olim erigebatur. Et quando plura in majoribus Ecclesiis fabricata fuerunt, 12. & 33.
Altare, ubicumque Martyr sepeliebatur, erigebatur, 13.
Capella, idem quod Cubicula, 14. 28.
Quomodo fabricantur in viis publicis, 15.
Omnis Ecclesia, excepta Cathedrali, Capella appellari potest, 16.
In Oratoriis tempore persecutionis, & bellorum celebrandum, 17.
Capella idem quod Ecclesia in commodum alicujus constructa, 18.
Ex privatis Capellis Templum non frequentantur, 19.
Hac de causa prohibita Oratoria, ibid. & 20.
Capella Monachorum quae, 20.
Capella definitio, 21.
Capella circum circa Ecclesiam edificantur, 22.
Capella pro quo accipitur, 23.
Ad essentiam Capellae non requiritur, quod sit de Jure patronatus, 24.
Capella & Capellania differentia, 25.
Ad Capellam constructionem quid requiratur, 26.
Capella sunt praecipua ornamenta Ecclesiae, 27.
In Ecclesia quid attendatur, ibid.
Ex Capellis nobilitatur Ecclesia, 28.
Cubicula quae loca dicitur, 29.
Cubicula unde dicta, 30.
Capellam erigendi in honorem Sanctorum consuetudo antiquissima, 31.
In eryptis, & locis subterraneis Capella edificabatur, ibid.
Earum ornatus a principio Ecclesiae, 32.
Modus extruendi Capellas in primitiva Ecclesia, 33.
Capella non est aedificanda in praedictum alicujus, 35.
Absque auctoritate Episcopi Capella non potest edificari, 36.
Capella nomine Ecclesiae venit, 37.
Pena aedificantis Ecclesiam sine licentia Episcopi, 38.
Nulla res sacra vel spiritalis absque licentia Episcopi fieri potest, 39.
Quibus conditionibus danda est licentia, 40.
Consensus tacitus Episcopi sufficit pro constructione Capellae, 41.
Ex quibus iste consensus deducatur, ibid.
Ex ornamento sepulcrorum non est locus reprehensionis, 42.
Qua intentione faciendae sint sepulchra, 43.
Absque Episcopi licentia aedificate Capella demolenda sunt, 44.
An sit consecranda Capella, 45.
Dus non requiritur in constructione Capellae, 46. 54.
Laici possunt acquirere jus construendi, & Arma apponendi in Capella, 47.
Sicut Ecclesia regulanda sunt Capella, 48.
Causa pia dicitur constructio Capellae, 49.
Capella aucter omnibus privilegiis pie Cause, 50.
Capella venit nomine Ecclesiae in favorabilibus, 51.
Legatum relictum Ecclesiae, debetur Capella, 52.
Pro constructione Capellae cogitur quis vendere domum suam, 53. 57.
Locus aedificandi Capellam quis aptus dicatur, 54.
Capellae usus expensis aedificanda, 55.
Capella propriis redditibus habens an sit beneficium separatum, 56.
Capella cessat Ecclesia, 57.
Altare Capellae consecrari potest, 58.
Debet esse lapideum, inclusis in eo Martyrum Reliquiis, ibid.
Constructio Capellae Jus patronatus acquirit, 59. & seqq.
Etiam absque donatione: & quomodo intelligatur, ibid.
Aedificans solummodo Ecclesia, & sibi Jus patronatus assumens, graviter peccat, & annullatur Jus patronatus, 60.
Jus patronatus non potest acquiri in Altari majori Ecclesiae Cathedralis, 61.

Fundator Capellae an possit prohibere ne Episcopus se intromittat, 62. & seqq.
Quid de licentia Romani Pontificis, 63.
Quid de licentia Episcopi, ibid.
An fundator Capellae possit excludere Ordinarium a visitatione, 64.
Quid data negligentia Patroni, ibid. & 65.
Capella quibus modis acquiri potest cum consensu Apostolico, & absque eo, 66.
Benefactores Capellae an adquirant Jus patronatus, 67.
Jus patronatus Capellarum an acquiratur absque consensu Regio in Ecclesiis Cathedralibus, 68. & seqq.
Jus patronatus acquiritur ex constructione Capellae, etiam invito fundatore Ecclesiae, & Rectore, 69. & seqq.
Invito Rectore aedificari potest Capella, 70.
Si fundatio facta sit a Clerico Jus patronatus est Ecclesiasticum, 71.
Arma potest apponere & signa, fundator Capellae, 72.
Armorum appositio quod genus dominus inducat, 73. 82.
Lite pendente Arma affigi non possunt, 74.
Inscriptio in Capella apponi potest a fundatore, 75.
Et semel apposta perpetuo debet manere, 76.
Non potest tolli nec abradi, ibid. & 77.
Arma & Inscriptio in Operibus publicis licet apponere, 78.
Arma apponuntur pro memoria, 79.
Arma possunt apponere benefactores, & quando e contra, 80.
Officium Judicis procedit in appositione Armorum, ibid.
Heres non potest tollere Arma fundatoris, nisi sua collectet, 81.
Arma qua intentione apponenda sunt, 82. 84. & seqq.
Arma an possint deleri propter crimen fundatoris, 83.
Arma an possint apponi in Capellis Ecclesiarum Cathedralium de Jure patronatus Regii, 84.
Per Armorum appositionem non perdat meritum, 85.
Vanagloria quomodo fit peccatum, & ejus species, 86.
Quando fit peccatum mortale, 87.
Arma apponere cujus favor sit, 88.
Vendere Capellam an sit simonia, 89. & seq. 92. & seqq.
In sepulchro licet apponere Arma, 90.
An tolli possint extrinseca familia, 91.
Pretium pro sepulchra potest accipi per modum elemosinae, 93.
Etiam post intervenientem, 94.
Quando temporale stat per se, possunt vendi res Ecclesiae etiam absque simonia, 95. 105.
Consuetudo vendendi sepulchras hodie viget: quae servari debet, 96. 99.
Simonia de Jure positivo Ecclesiastico abrogatur contraria consuetudine, 97.
Quanto tempore introducat, 98.
Dignitas & preminencia in Ecclesia est pretio aestimabilis, 100. 105.
Quid in Regularibus, 101.
Exemplo probatur, 102.
Possessor Capellae Jus quod in ea habet potest vendere, 103.
Quid sit una Ecclesia alteri vendat, 104.
Spiritalibus annexa quando possunt vendi, 105.
Res sacra possunt vendi ratione materiae, & quomodo, 106.
Venditio est modus transferendi dominium, 107.
Laicis quid acquirant in Capellis Jure patronatus, 108. 111.
Latium quanta sint damna, 109.
Ecclesiastici quando litigare tenentur, 110.
Dominium Laicorum quomodo intelligatur in rebus Ecclesiae, 112.
Laici ex gratia acquirunt Jus patronatus, & honorem in Ecclesia, 113.
Quid, Episcopo reclamante, 114.
Laici an possint acquirere Jus sedendi in Capella, 115.
Confraternitas Beatae Mariae deel Portillo Casaravustae licentiam habuit cum Auctore super Dominio illius Ecclesiae: videlicet tamen fuerunt Confratres, 116.
Archiepiscopus Casaravustanus dominus Ecclesiae B. Mariae deel Portillo, ibid.
Capella an possit vendi ad instantiam creditorum, 117.
Ex venditione Capellae non debetur veltigal, 118.
Aedificans Capellam quid possit in ea, & quid prohibeatur, 119. cum seqq.
Circum aedificum habet liberam facultatem, ibid. & 112.
Sepulchra super terram non debent aedificari, 120.
Tombe non possunt apponi in medio Capellae, quando deformitas inde sequitur, 121.
Fabrica Capellae non potest mutari invito Patrono, nec de con-